

Strimesius

De  
aequalitate

1708









DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS

DE

ÆQUALITATE ET IN-  
ÆQUALITATE GRA-  
TIÆ DIVINÆ,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

AUGUSTO ET SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO.

DN. FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRANDENBURGICI  
HEREDE, &c. &c.

AUTORITATE ET SUFFRAGIO VENERANDÆ

FACULTATIS THEOLOGICÆ

IN CELEBERRIMA ALMA VIADRINA,

PRÆSIDE

DNO. SAMUELE STRIMESIO,

DOCTORE THEOLOGO, ET FACULTATIS SUÆ  
PRO-DECANO SPECTABILI,

*Domino Patrono ac Promotore suo ætatem Colendo,*

PRO LICENTIA

SUMMOS IN SS. THEOL. IMPETRANDI HONORES

Publicæ Θεολογίαν ἐξέδοσι submittit

M. JOH. WILH. DE NEVE,

Wrizensf. March.


*ad d. XVIII. Maji MDCCVIII. horis ante - & pomeridianis*

IN AUDITORIO MAJORI.

FRANCOFURTI AD VIADRUM, Littris CHRISTOPH. ZEITLERI.

Nr. 18.

11. a. 1987



VIRIS  
ILLUSTRISSIMIS, *atqe* GENEROSIS.  
SIMIS

DOMINIS,  
DN. DANIELI  
LUDOLPHO  
DE  
DANCKELMANN,  
S.R.I. LIBERO BARONI,  
*Serenissimi ac Potentissimi*  
REGIS BORUSSIÆ  
& ELECTOR. BRANDENBURG.  
MINISTRO Statûs & Belli Intimo,  
COMMISSARIO rerum Bellicarum generali,  
Consistorii quod Berolini est, PRÆSIDI Eminentissimo, Gymnasii item Joachimici  
DIRECTORI longè gravissimo,  
&c. &c.

VIRIS  
TAM RISUS MUS, AC GENITORES  
SAM  
DOMINI  
IN DANIELI  
LUDOLPHO  
DE  
DANKELEMAN  
SRL LIBERO BYRONI  
SARVAMI AC PASCHALI  
REGIS BORRESE  
ELECTOR BRANDENBURG  
MINISTRO SIMEON DE JACQUE  
COMMISSARIO IUSTITIAE PRAESEDI FUT  
CONSTITUENDO GYMNASIUM JOACHIMI  
DIRECTOR IOSEPHUS GYMNASIUS  
ac ac

DOMINO  
HENRICO  
RÜDIGERO

DE  
ILGEN,

S.R.I. LIBERO BARONI,

*Serenissimi ac Potentissimi*

REGIS BORUSSIÆ

& ELECTORIS BRANDENBURG.

MINISTRO Statûs & Belli intimo,

ac Regiminis Mindensis DIRECTORI

longè gravissimo.

&c. &c.

DOMINIS ac MÆCENATIBUS suis  
Gratiosissimis.

DOMINO  
HENRICO  
RUDIGERO  
HUGO<sup>DE</sup>  
S.R.I. Littero Baron  
Gescripsim ac Postulpsim  
REAS BORUSSIA  
S. REFECTORS BRUNNENBURG  
MINTRO SCULPS. B. C. M. IN UNO  
ac Regiomonti-Mindenui Director  
Iohannes Gerasimilus.  
ac  
DOMINI S. MECENATIBUS suis  
Christophorus.

ILLUSTRISSIMI BARONES,

AC

GENEROSISSIMI DOMINI,



Tfi præter fiduciam  
nihil est, quod IL-  
LUSTRISSIMIS EX-  
CELLENTIIS VE-  
STRIS tenue hoc  
nomen commen-  
det ; Suppeditare  
tamen aliquando nostis & ipsam Fiduci-  
am, unde placeamus, eam, inquam, quæ  
suæ

suæ ignara virtutis confidenter de Aliorum Voluntate est persvasa. Inde hæc nata temeritas , aut si eâ fidentius quid pronuntiari potest ; blandulæ tamen hærefoes nomine excusanda, quatenus HUMANITATEM VESTRAM EXIMIAM AC FACILEM omnibus patere statuit, quæ unicos Clientum animos taxare solita, Orbi nostro jamdudum non Admirationem tantum, sed præcipue fiduciam VESTRUM ingenuit. Manet VOBIS Laus ista illustris, ac plane præclara quod & viliora Terræ luta Magnetum instar observetis. Nec igitur de meo desperare Conamine poteram, et si præter conamen placendi materiam nescirem. Labores enim hujusmodi sustinere Christianum est , dicare vero eosdem pro adulatione reputatur, nisi Asylo Labores plane egeant. Evenit exinde, quod Disputationi huic Theologi-

ologicæ , dum omnino tutelæ indiget,  
Præsidium acquiri fortius non posse sta-  
tuerem , nisi à N O M I N I B U S V E S T R I S  
& M A G N I S & I L L U S T R I S S I M I S , tùm ,  
quia egregiæ Autoritatis fastigio pollut ;  
tùm , quia latente quadam ac tacita obli-  
gatione studiorum specimina postulant .  
Quamobrem & hoc præcipue Korban  
V O B I S erat offerendum , tanquam (post  
philosophicas aliquot in hac Viadrina  
haçtenus Mihi natas ) Primitiæ theolo-  
gicæ , quæ materiam Tantorum dignæ Au-  
spiciis , quæ Elaborationem , Humanitate  
ac Tutela . Admittite hunc foetum  
V I R I I L L U S T R I S S I M I , & , si quid cu-  
ræ habetis Bonorum , quemadmodum  
semper habetis , Magna Vestra huic  
Opellæ commodate Nomina . Numen  
vero sacro - sanctum largissimum V O B I S  
conservet Gratiæ omnimodæ gradum ,

quo

quo Tantis Virtutibus Orbis noster flo-  
reat, Ecclesia vireat, Bonique omnes unde  
promoveantur, habeant; Ego deniq;  
quem Tutela ac Præsidio Vestro provo-  
cata Virtus summisa semper Reverentia  
ac humilitate probet

**ILLUSTRISSIMIS ac EXCEL-  
LENTISSLIMIS NOMINIBUS  
VESTRIS,**

Obedientissimum

Devotissimum  
Cultorem

**JOH. WILH. DE NEVE,  
S.S. Theol. Licent.**



בָּעֵהוּ

## CAP. I.

# ONOMATOLOGICUM.

## ARTIC. I.

### DE PRÆSUPPOSITIS.

§. I.



B. διόπτας. Tractationem de Æquitate & Inæqualitate Gratiae Divinæ exorsuris favent illa Logices solidioris præcepta, quæ nullam Thesin aggredi patiuntur, nisi singuli, quos involvit, conceptus, antea ab æquivocationibus vindicentur, verbo, nisi præmittantur *Definitiones*, quas vocant, *nominales*. Quemadmodum vero omnia rerum attributa, vel præsupponunt Substantiam, vel aliud quid, quod post Substantiam illa foveat primariò; ita præcipue attributum aliquod DEI consideraturis, primò omnium contra celebrem Ciceroni Physicum, Stratonem, *Vitæ Dei* habenda est ratio, quam ille adeo oppugnabat, ut *Cicerone teste L. 1,*

Præsapp. I.  
Datur in Deo  
Vita.

A

de

*de natura Deorum cap. 13.* omnem vim Divinam in natura sitam esse censeret, quæ causas gignendi, augendi minuendique habeat, sed caret omni Sensu & figura. Ubi per figuram seculo suo converainter id innuebat, quod Στίλεσθε καὶ Δημόσθεον Φιλοσοφίας per οὐκα, quod inter affectiones primorum rerum elementorum collocabat, explicatum vero à Plutarcho de Placitis Philosophor. L. 1. c. 14. ubi χρυσα inquit, ἐξ επιφάνειαν καὶ περιγραφὴν καὶ πέρας σώματος. Schema est Comparatio & Circumscriprio & terminus corporis, (vel Sensu Atomistarum talis, vel sensu crassiori.) Quicquid vero sit, non opponi hoc modo figuram πνευματικοφανem f. spiritui rationali, quem alias Stoici in Definitione Numinis Τῆ μορφῇ f. formae aut figuræ opponere solebant, sed saltem qualquali invisibilitati Philantiquis constat; adeo ut sit sensus, Vim Divinam esse sitam non in interiori quodammotu, atque ex hoc redundantibus operationibus externis, sed in invisibili corporum connexione & ex hac resultantibus affectionibus. Contra quæ vero loci hujus agere non est, quo saltem præsupponimus, dari in DEO Vitam, h. e. Continuum ac perfectissimum Essentia ejus operatricis motum, quo eadem semet intus sponte ac simplicissimo modo agitet, hancque internam suam agitationem extra se ad operandum promoveat, quod ex analogia vita nostræ ille distinctius cognoscet, qui h. l. mecum non præsupponere, sed indagare mavult.

Præsup. II.  
Datur in  
DEO Intel-  
lectus & Vo-  
luntas, cum  
harmonia at-  
tributorum  
eius conve-  
nientes,

J. 2. Præsupposita vero perfectissimâ in DEO Vita, antequam ad quasdam terminorum nostrorum Definitiones devolvamur, duos adhuc præsuppono Vitæ hujus &que perfectissimos modos ex ipso Vitæ conceptu fluentes; Vitam scilicet intelligentem ac Volentem, ita tamen, ut horum ratio existat, quæ

quæ minus attributorum harmoniam continiam afferat. Hoc pæto non potest *Intellectus Divinus* esse, quemadmodum nostra intelligendi facultas (*א*) שְׁחוֹרִיעַה בְּנֵי מָכָרָה, quia juxta Rabbinos *Intellectus noster est accidens*, non puta tale, quod concipiatur abesse posse & adesse, sed quod subsistere in alio tanquam in Subjecto, hinc additur: עֲנָנִין מָסָף עַל מְחוֹתָנוּ, & aliquid additum ad nostram essentiam, verba sunt Scholiaſtæ alias eruditiss. in R. Majemonid. opus Currus. Quo sensu nisi intelligentiam DEI præsupponas, ipsum Harmoniæ fundamentum tolles, quod est, ut ipsa illa perfectissima, quæ in DEO est, essentia, cum attributis ejus omnibus (liceat h̄c uti termino philosophis facto) identificetur. Quæ mihi ratio ad id demonstrandum firmior videtur, quam quâ utitur ipse R. Maimonid. l. c. וְאֶלְיוֹנָדָע בְּדוּעָה שְׁחָרָה מִן־זֶה שֶׁ־אֱלֹהָה וְרָבָה Scientiam extra se, essent Dii multi. Quam sane consequentiam fateor me haec tenus nondum esse asseratum. Certe enim eo ipso quia impugnata à R. Majemonide hypothesis Intellectum accidens statuit, non potest Intellectus ille subsistere per se, sed fulcitur essentiâ quâdam substratâ, quæ dum unica ab Adversario conceditur, quid quæso est, quod magis falsam redolet consequentiam, quam ex eo πολὺ θεότητα inducere velle? Qya difficultate attonitus Scholiaſtes, fœdam sane commisit principii petitio nem, ad superiora annotans: Propterea, quia demonstratum est, DEUM Benedictum esse unum omnimode, & non compositum neque ex materia & formâ, neque ex duabus rebus, (aliis) neque ex Substantia & Accidente: β) Quia Intellectus noster successive intelligit, cui imperfectioni respectu DEI talis substituendus intelligendi modus,

modus, quo DEUS semet intuendo evadat ὁ μακρῖος, summe felix ac beatus, 2 Tim. VI, 15. cognoscendo scilicet summam Essentiaꝝ sua perfectionem, eam inquam, quā perpetuo νῦ omnes non tantum rerum, sed & relationum Ideax γνωστις τελείων ipsi obversantur. Ebr. IV, 13. Quo sensu nisi Intelligentiam DEI præsupponas, cessabit ipsa Harmoniaꝝ Divinaꝝ forma, si enim DEO omnia simul non obversantur, momentum erit in DEO, quo Scientiaꝝ sua πληροφορία non habebit, &, si dicendum quod res, nunquam habebit, cum dubiorum præcipue circa creaturas DEI, in Homine fundamentum sit, quod omnes rerum relationes simul cognitas non habet, hinc semper dubitamus, sitne aliquod rei phænomenon adhuc residuum. Quo posito, vel aliquando absque decretis erit Essentia Divina, hinc Justitia, hinc misericordia, hinc ira &c. cessabunt; vel decreta aliquando erunt corrigenda, & per consequens ipsa Misericordia, Justitia &c. quod quām harmoniam in simplicissima DEI Essentia afferat, quis est, qui nec me monitore, non videat? Illa vero quā hactenus in Intellectu, eodem modo & in Voluntate DEI velimus esse præsupposita, nec respectu α) dubium hīc ullum probabile putamus, agnoscentibus etiam hanc veritatem ipsis Gentilibus; Hinc Hierocles in aureum Carmen Pythagoræ ηγή ίνν αγαθότητα inquit, εν ἐπιειδήσιοις, (θεος) αλλ' εστιώντων. Bonitatem non superadditam habet, (DEUS,) sed essentialem. Ubi αγαθότης sensu Pythagoricorum non aequipollit ήσ καλω, quasi totam Essentiaꝝ DEI Perfectionem exprimat, sed specialius sumitur pro Determinatione Voluntatis Divinaꝝ, fluente ex absoluta illa Pulchritudine seu perfectione DEI. vid. Aut. Kabbala denudata P. II. Apparatus

in

in Libr. Sohar, & Job. Dietericum in Antiqu. Bibl. N. T.  
 in voce 'Ayādō. Respectu β) præsuppositum velimus,  
 omnia Voluntatis Divinæ decreta esse æterna, nec  
 realiter alterum post alterum formatum, sed omnia  
 simul cum DEO extitisse. Quod præsuppositum  
 præcipue Crelleum ferit L. de DEO p. m. 341. sqq. U-  
 trumque vero, quod assertum de Voluntate DEI es-  
 se volumus, unico exprimit Augustinus effato Libr.  
 12. Confess. cap. 15. Voluntas DEI inquit, non est extra  
 ejus essentiam; unde non eum modo velle hoc, modo velle il-  
 lud; sed semel & simul & semper velle omnia, quæ vult, non  
 iterum & iterum, neque nunc ista, nunc illa, nec velle po-  
 stea, quod nolebat, aut nolle quod prius volebat, quia talis  
 Voluntas mutabilis est; & omne mutabile æternum non est.

§. 3. Fluit ex his, quod tertio loco certum esse  
 & indubitatum hac in Tractatione velim, Primo, quod  
 quidem rationalis sit meditatio: Quemadmodum  
 abstractionum omnium, quas mens nostra facit, fun-  
 damentum est rerum Compositio; ita inique in DEO  
 fieri posse abstractiones mentales, quibus, quod vult,  
 abstrahimus ab eo, quod intelligit; quia utrumque  
 non sit accidens, sed ipsa ejus Essentia, ut unica, ita  
 pariter simplicissima; non tamen satis theologica,  
 ex ea ratione, quia objectum Theologiae ut cognos-  
 cendum generi Humano proponitur, in hac  
 Revelatione, quæ Essentiam illam simplicissimam  
 convenienter intellectui nostro nobis accom-  
 modavit. Hinc rectissime Rambam, More Neboch.

c. 13. בְּרַבָּתִים תֹּוֹרָה בְּלִשׁוֹן בְּנֵי אֹוֹם res quæ in Le-  
 ge, tractantur more humano. Secundò, quod plane  
 irrationalē ac Theologiæ inimicū sit, reales in-  
 ferre attributorum ut ab Essentia; ita à se invicem  
 differentias. Quod utrumque præsuppositum ur-

Præsup. III.  
 Facultatis in  
 DEO pati-  
 untur abstra-  
 ctionem me-  
 tales, non  
 realem.

get *Dionys. Petavius* in *Theol. Dogmat. T. I. L. I.* vid.  
*Greg. Nyssen L. XII. Basilius contr. Eunom. it. Epiphanius*.  
*Hæref. LXXVI.*

*Præsuppositorum æquitas respectu ipsorum met & se, h. e. quām sint vera ac demonstrata, quam æquitatem latis me jam ostendisse confido in ipsa Præsuppositorum meorum Diductione.*  
*Tractationis totius.*

§. 4. Ut vero de Postulatorum officio constet, ratio semper est habenda Æquitas Suppositorum in ipsorum met & se, h. e. quām sint vera ac demonstrata, quam æquitatem latis me jam ostendisse confido in ipsa Præsuppositorum meorum Diductione. Alterum cuius ratio habenda, est Æquitas Præsuppositorum respectu totius tractationis. Quo paēto qs.  $\kappa\alpha\beta\alpha\gamma\sigma\tau\omega$  id de quo tractare sit animus, insinuant, viamque sternunt Definitionibus, adeo ut primō inferant, Tractationem meam non fore Philosophico-physicam, ut Gratiam DEI inquisitur, intelligam harmonicam ac utiliēm perquam generi humano connexionem omnium, ex qua, quicquid naturā boni homini continet, resulset, consūle Præsupp. I. Deinde, tractationem meam, non lubricis superinadiscari fundamentis, qs. de Gratia DEI sim tractaturus mutabili, inconstanti & de qua, quia aliās ipsa revelatio forte lubrica esset, nihil certi inferri posset, conf. Præsupp. II. Tandem, tractationem meam non posse esse confusam ac minus distinctam, quia Gratiam DEI examinaturus non rem examinem cum aliis Ideis adeo implexam, ut nullo modo singulatim considerari absque ceteris queat, confer Præsuppos. III.

## ARTIC. II.

### DE TERMINORUM EXPLICATIONE.

DEF. I.  
GRATIÆ

Remo-

**R**Emotis igitur, quæ vel aliquam saltem aut falsæ suspicionis aut præjudicii nebulam elonginquo tractationi meæ offundere poterant, in specie nunc terminos hac vice primarios ab omni & obscuritate &, quæ minus rationalem procedendi methodum decet, ambiguitate vindicare conabor, inter quos primo prodeat *Gratiæ* terminus, secundum quam DEUM exprimi volunt ceu benignum ac misericordem Patrem. Ps. CIII.) nec vero levis est, quæ terminum hunc involvit, ambiguitas, sed, si quis alias, hic certe ab homonymia validissima erit redimendus, quod verbis non proprio acumine natis, sed rem hanc mirifice edocentibus *Summe Reverendi Dni Præsidis, Patroni ac Promotoris* nunquam non *Colendissimi* illustrabo ; Si qui alii inquit, in *Theologia Christiana* Termini ambigui occurunt, & ambiguitate sua in gravissimos errores deducere apti, certe hi ipsi sunt a quibus materia nunc nobis pertractanda denominatur, quorum omnium primus est terminus *Gratiæ* vid. *Tract. de Gratia DEI salutif. universalis & partic.* *Conciliat. Sect. II. Subs. I. S. 1.* Accipitur autem *Gratiæ* vox vel (1) generalissime, quo omnem respectum DEI paternum h. e. Benignitatis Divinæ ad Creaturas suas, in specie vero Hominem exprimit, quo sensu frequens est apud *Homerum* Patris appellatio, sic Jovem πάτερ αὐδεῖν τε θεῶν τε vocat, & *Ennius* : *Divumque Hominumque Pater Rex. Varro de LL.* 4. vid. *Job. Pearsonii Expos. Symb. Apost. Art. I.* Sic vocabulum *Gratiæ* Pelagius accipiebat, pro *Gratia creationis*, seu *gratia creatrice* quatenus in Homine in miseriā prolapso, aliquid ejusdem adhuc superest *Gratiæ* in reliquiis notitiæ de DEO & conscientiæ. vid. *Job. Gerh. Vossius in Hist. Pelag. Thes. Theol.*

sl. Disp. XXIX. & quomodo hac ipsa voce possibili-  
 tatem naturae à DEO conditæ h. e. rationalem Voluntatem  
 intellexerit, prolixius ex Historia Pelagianismi de-  
 ducit Magnif. Dnus Præses l. c. §. 2. conf. Job. Dieteri-  
 ci Antiquit. Bibl. N. T. voce χάρις. Sumitur vero &  
 alio sensu (II) μελανημένος, pro donis ex gratia donatis &  
 collatis. Ephel. IV. 7. 1. Petr. IV. 10. quo modo sum-  
 pta Gratia iterum vel omnia in genere Gratiae Divinæ  
 dona exprimit, sic Salus & vita æterna DEI donum  
 dicuntur, vel in specie (α) dona inhærentia, ultra natu-  
 ræ vires Homini collata, quam Significationem præci-  
 pue contra Pelagium Patres sibi familiarem habent,  
 β) cùm autem de Gratia & Vocatione agunt per  
 Gratiam, non tam de interiori animi motu, ac s. illustra-  
 tione mentis s. Voluntatis inflammatione loqui, quam de ex-  
 terno aliquo beneficio DEI, veluti Evangelii prædica-  
 tione, aut statu aliquo vitæ, ad quem occulto deinde  
 de animi instinctu trahamur, obseruat Lojolitarum  
 Doctissimus Dionysius Petavius in Theol. Dogmat. L. IX.  
 cap. IV. Hinc annotat Theoph. Alethinus ad h. l. Pe-  
 tavii, nonnullos contendere, antiquioribus illis Christiano-  
 rum ignotum fuisse efflatum illum internum. Vel deni-  
 que omnium Specialissime hoc Gratiae verbum sumi  
 aliquando observo, quando de sola per Evangelium illu-  
 minatione ac adoptione in Filios DEI dicitur a Patribus,  
 sic v. g. Ephel. I. 6. sumi vult Chrysostomus, Hom.  
 I. ad h. l. Τὸ γὰρ inquit, ἐναρέταις γενέθαι, καὶ πιστοῦσαι,  
 καὶ προσελθεῖν, καὶ γέτο μεν ἀνθεῖ τὸν καλέσασθος, πλὴν ἀλλα  
 καὶ ἡμετέρου, τὸ δὲ ΝΒ προσελθόντας γοτθετων αἰχιώσαι ίμων ὥστε  
 ἐνθέως απὸ ἔχθρας εἰς θιαφεστῶν ἀγαγεῖν, υπερβαλλόστης οὐ-  
 λως ἀγάπτης. Plures admodum vocis hujus accepti-  
 ones explicatas vid. apud Petavium l. c. & in Historia  
 dogmatum Pelagianorum & Semi-Pelagianorum. Cap.

II.

II. III. & IV. Oper. Theol. Tom. III. à pag. 308. ad 318.  
 conf. etiam cap. VIII. p. 325. sqq. Unica tamen ad-  
 huc est vocis hujus notio scopum nostrum quam maxi-  
 me attinens, obſervata vero à Joh. Dieterico l. c. quando  
 (III) *idiōs & proprie attributum aliquod in DEO notat*,  
 quo ſenſu tamen triplex iterum ejusdem uſus, *quan-*  
*doque* enim ſumitur pro attributo DEI Benignitatis  
 eſſentiali, ita in Scriptura ~~χρηστόν~~ audit; *quandoque*  
 pro attributo ~~χειρῶν~~, quando ille affectus benevo-  
 lentia Divinæ ad Homines dirigitur, & quidem in  
 peccatis mortuos; *quandoque* pro attributo DEI,  
 quatenus in ipſo actu gratioſo ſive exercitio con-  
 sideratur, inque effectum quoad Homines deduci-  
 tur. Sic ſumptam Gratiam DEI improvide admo-  
 dum adhiberi contra Hæreticos diſputantibus ac-  
 curatiffime ſibi obſervasse videtur F. Bruno Neuf-  
 fer in *Prodromo velitari aduersus Opus tripartitum Henr.*  
*de Noris P. I. c. I.* cum diſtingvenda ſit in habitua-  
 lem, per quam formaliter iuſtificemur, & actuali-  
 lem, per quam bene oremus, agamus &c qua notio  
 quid jam juxta Pighii ſenſum inferat, vid. apud *Lud.*  
*Le Blanc in Thes. Theol.* pag. 502. Alia longe eſt,  
 (quomodo Noſtrates Gratiam evolvunt,) Gratia  
 miſerans, & Gratia ſanctificans vid. Vir *Summe Re-*  
*verendus Joach. Iuſtus Breithaupt in Thesibus Credend. &*  
*agendorum. L. III. c. I. & II.* Prolixius hoc expli-  
 cat *Summe Reverendus Dominus Praefes l. c.* A-  
 lias quam plurimas Gratia acceptancees vid. apud  
*Ludov. Le Blanc in Thesibus Theol.* pag. 500. Nobis  
 Gratia ſignificationem nullam tribui velimus, ni-  
 fi qua exprimat Attributum Benevolentia Divinæ  
 in ipſo actu gratioſo ſive exercitio conſideratum, qua-  
 tenus & imputatiue iuſtificat, & actualiter vera  
 regē.

Regenerationis & Renovationis proximè, remote  
actionum pædagogicarum existit causa. Quo sen-  
su à nobis sumpta *Gratiæ Redemtionis* involvit,  
vocatam alias *Gratiæ Objectiva*, simulque illam, qua  
apti reddimur applicationi *Gratiæ objectivæ*, voca-  
tam *Gratiæ Subjectiva*, quā D E U S bonam indolem,  
bonosque motus incipit & absolvit.

## DEFINIT. II.

## UNIVERSALITATIS.

**Q**uoties autem in hac Tractatione *Gratiæ* à  
me expositæ Universalitatem adscribo, nolim  
(I) intelligi *Universalitatem Synechdochicam*, qua-  
lis occurrit Num. XIV, 1, 5, 9. it. Exod. XXXII, 3.  
& in N. T. Matth. III. comm. 5. ubi πᾶσα ἡ ιεραιά, h.  
e. omnes Judææ Incolæ καὶ πᾶσα ἡ περιχώρος, quod  
redderem : Et omnes finitimi. Nolim enim nunc in-  
quirere in sententiam Clariss. Grotii in h. l. an πε-  
ριχώρος & adsita significare possit, &, si potest, an h.  
l. probabilius illos exprimat, qui habitabant respe-  
ctu Judææ trans Jordanem, cum facile meo nunc  
instituto satisfiat, ostendisse saltem, verbum πᾶσαν su-  
mi Synechdochice, quod nemo non absque me de-  
monstrante credet quam facillimè, sensus alias for-  
ret : DEUM ex omnibus aliquorum misereri. Sed  
(II.) *distributivam*, quæ singula comprehendat gene-  
ris humani individua, qualis Universalitas proprie-  
talis est, nec melius illustrari potest, quam locutio-  
nibus Philosophorum περὶ ἀρχῶν, quæ sane prædicata  
suppeditant Subjecto in absolute universalis sensu  
sum-

sumpto applicanda. Sic v. g. Thales ἐν ὑδατος πάντα  
ἔιναι dixit. Anaximander : Τὸν ὄγκον τὸν αἴρειν εἶναι τὸ  
πεντερον, ἐν γράμματος πάντα γνωθαι. &c. ubi semper τὸ πάν-  
τα, universalitatem singularum in individuo rerum  
notat. Hancce Universalitatem absolute spectataim  
haec tenus, si cum χρέοι consideres ad Gratiam supra  
explicatam, duplēcē evadere observabis, nunc enim  
se extendit in omnes Homines seu creaturas tantum, hinc  
Universalitas Providentia; nunc in omnes homines  
quæ lapsos ac miserabiles hinc Universalitas mi-  
sericordia; Utraque fundamentum est Paternitatis  
in DEO, quatenus illa refertur ad Creaturas; hinc  
prima præsupponit, (תּוֹלְדוֹת הַפָּר) generationem re-  
rum. Gen. II. 4. propter quam unum nunc habemus  
Patrem à quo sunt omnia. I Cor. VIII, 6. Altera  
præsupponit Ἀποκύνησον Θελήματος σύνθη Generationem per  
gratissam ejus voluntatem Jacobi I, 18. propter quam  
verus ille Pater est, à quo nominatur tota cognatio,  
quæ est in Cœlis & in terra. Eph. III. 15. conf.  
Reverendiss. Pearson. I. c. Art. I. Tantum autem a-  
best, ut solo priori sensu Universalitatis notio no-  
bis sumatur, ut potius notam inuramus illis, qui  
Gratiam DEI universalem illam solam vocant, quæ DEUS  
omnibus Creaturis in aliqua miseria constitutis, aliquo mo-  
do succurrat, cui sive misericordia sive Gratia, sive Amor,  
debeant Creature esurientes Cibum, sitiientes potum, agro-  
tantes sanitatis restitutionem, doloris mitigationem dolen-  
tes, Consolationem tristes, Captivi Liberationem, nudi ami-  
ctum, deferti auxilium. &c.

Universalitati itaque in hac Tractatione talem  
tribuo notionem, quæ distributive vera sit, ita ut  
omnes individualiter Homines, (eoque seclusos ve-

lim Angelos, contra Originem) qui quidem hoc ævo fruuntur, (eoque exclusum velim Purgatorium Pontificiorum cum duobus Limbis) non quæ Creaturas, sed quæ lapsos ac miserabiles complectatur. Quam eandem Universalitatis notionem fecit *Excel. Dominus Praes l.c. §. VI. conf. ex Nostratibus D. Hutterum in Irenico vere Chrift. Dannh. in Hodosoph. Phæn. IX. &c.*

## DEFIN. III.

## VOLUNTATIS ANTECEDENTIS.

**O**Mne autem id, quod de Gratia DEI tractabitur, sicut ad Voluntatem DEI refertur; ita quicquid de Gratia Universali, ad Voluntatem refereamus, quam antecedentem vulgo vocant. Est autem triplex præcipue Voluntatis Divinæ notio evolvenda, Accipitur enim (I) *pro ipso Essentia DEI*, quatenus principium est, & facultas quædam, quæ velle potest, sicut in Homine animæ rationalis facultas, à qua Libertas, & actiones morales hinc inde dependent. Quo sensu sumptæ Voluntati DEI duas præcipue affectiones asignat *Episcopius in Instit. Theol. L. IV. Sect. II. cap. XX.* Primo, quatenus natura seu facultas naturalis est, appetitu rationali prædicta, Necessariam objecti sui appetitionem. Deinde, quatenus principium est electionis, libertatem appetendi. In quo tamen ab acumine Episcopii alias mirifico, dissentire hac vice liceat, ideo quod in *δύναμες θελήση* s. in facultate volendi nulla adhuc datur ab objecto aliquo externo determinatio, sed unica facultatis hujus, quæ facultatis natura in eo consistit, quod vel appetere vel aversari aliquid poscit, ita tamen ut utriusque possibili-

bilitas (quæ in actu primo consistit) indifferenter se habeat, ideo quod propter objecti absentiam nondum determinatur. Deinde volitio objecti alicujus necessaria non aliam habet facultatem, quam volitio objecti alicujus liberrima, cum velle necessario & velle libere iam determinationes inferant facultatis volendi, quæ necessario fieri debent ab objectis, nullis tamen adhuc facultati huic præsentibus. Adeoque in id impedito videtur, Vir alias satis ingeniōsus, quod confuderit cum concretiva, ideam abstractivam, quæ concretiva idem est cum Volitione, quemadmodum abstractiva ob præsentissimam sibi semper totam Essentiam, plane in DEUM non cadit, nec de eo cogitari potest. Adeoque minus recte voluntas Dei considerari posse videtur sub notione facultatis volentis. Exprimit autem notio hæc (II) *ipsum volendi actum*, quo sensu nominari solet Volitio sive θέλησις, estque nihil aliud, quam facultatis volendi Usus. Quemadmodum autem priori modo plane non sumi observata fuit hæc notio in Scriptura Sacra; ita posteriori ratione usurpatur Apoc. IV. 11. Notare denique potest (III) *objectum θελητὸν*, sive illud operationem sive Legem DEI exprimat, quæ Præceptum aliquod DEI complectitur & hujus Obedientiam vel inobedientiam sequentes promissiones aut minas, quo pacto omnium frequentissime Scriptura Voluntatem DEO tribuere observatur. vid. Ioh. VI. 41. sqq. Rom. XII. 18. Rom. XII. 2. &c.

Quod autem meam nunc tractationem attinet abesse ab illa velim notionem primam ac ultimam, solaque secunda est, quæ quod per Voluntatem antecedentem ipsum volendi in DEO actu intelligam, nunc exponat, quam antecedentem non voco, (I)

quod alia sit, eaque distincta à Consequente, quam realiter tempore antecedat; sed quod ordinem saltem Essentiæ Divinæ respiciat, qui in fundo Divinitatis realiter quidem existat, non vero successive fiat, vid. post Lutheranos *Crocius, Theologus ac Prof. Bremenfis.* in *Syntagm. Theolog. L. III. c. 16. Th. 19.* & *Thomas Aquinas in Summa P. I. qv. 19. artic. 6.* Cum vero (II) Voluntas antecedens dicatur vulgo Beneplacitum Dei de salvandis omnibus Hominibus, nolim id intelligere, quod *respiciebat omnes Homines in Lumbis Protoplasmorum*, de quo Sap. II. 23. Sed quod *respicit homines jam lapsos & in miseria constitutos*, adeo ut Lapsus generis Humani, sive status post actum ejusdem nunc non inferat circumstantiam in Objecto, sed potius præsuppositum in objecto, alias non daretur Beneplacitum DEI de salvandis omnibus Hominibus post Lapsum, quod Voluntatem antecedentem vocant, quia non daretur objectum indifferens, quod respectu circumstantiarum, cum quibus deinceps debet considerari, plane sit liberum, ut concipi aliquando possit absque omnibus circumstantiis. Hoc autem modo explicata hæc notio aliquid tamen adhuc habet quod à conceptu ejusdem velim sejunctum, scil. III) affectum simplicis complacentiae, qui vel Simulationem in DEO, vel impotentiam nescio quam arguit, removente conceptu eodem *Magnifico Domino Praeside in Inquis. Armin. Disp. II. Ann. V. conf. ejusdem Consens. Protest. fundam.* nuperimè editum & Dissensui Protest. Præterfundamentalii subjunctum Sect. I. §. 12. Et. B. König. in Th. Pos. Cum potius efficacissimum velim hoc in DEO omnes Homines salvandi Desiderium, quod per ἡμῖν à Textu V. T. à N. T. autem per χρόνον ex-

primi Autor est *Clarissimus inter Reform. Theologus ac Interpres Job. Coccejus in Lexico-Hebraico Chaldaico* in voce יְהוָה fol. 251. col. a. Tandem illud præcipuum est, quod notionis hujus intelligentiam, quam haec in Tractatione volo, promovet, quod IV.) non illam tantum intelligam voluntatem in DEO, qua sub conditione aliquid desiderat, qualis est notio Theologorum, quando Voluntatem antecedentem esse volunt, qua DEUS ut benignissimus Pater velit omnes homines salvos fieri. vid. *Damasc.* L. II. c. 29. & qui Eruditione ac prudentia de Ecclesia nostrâ bene meruit, *Meissner. P. I. Philos. sobr.* S. 4. qu. 6. Idem in *Antropol.* d. 3. q. 4. th. 20. conf. in *Theologicis ac Philologicis Celeberr. Theodor. Hackspan. in Distinct. & Division.* term. p. m. 671. sed simul intelligo illum misericordiæ Divinæ affectum, quo DEUS omnibus Hominibus absque prævisione aut consideratione ullius circumstantiæ benevult, bonaque confert. Quæ notio utique contraria est illi, quam h. l. format. *Sim. Episcop. in Instit. Theol.* L. IV. S. II. c. 21. *Voluntatem enim hanc ante prævisionem esse conditionatam inquit, absolutam vero post præscientiam.* *Eis enim, pergit, antecedens vocatur, quia DEUS vult salutem omnium Hominum secundum se, nulla habita ratione circumstantiarum, ac proinde in ordine ad eos, quos DEUS præscit Conditionem amplexuros, consequens Voluntas dici debere videatur, tamen hoc etiam antecedens Voluntas dicenda est, ex mente Damasceni, quia accidente conditionis impletione, Voluntas salvandi omnes non mutatur, sed confirmatur, & que antea erat Voluntas conditionata respectu omnium, tum fit absoluta, respectu istorum præceptorum. Pace autem Viri Doctissimi primò observare liceat Θεοδοσίου quod autoritati Damasceni inadficare studet. Certe enim ipsa*

ipsa Damasceni verba, quæ habet L. II. de *Orthod. fide*  
 cap. 29. plane in contrarium declinant, ita autem  
 illa: *Scire oportet (ως ὁ θεὸς προηγμένως θέλει πάντας σωθῆναι.) DEUM præcedenter velle omnes salvari, & regnum ejus consequi: non enim ad puniendum nos plasmavit, sed ut efficiat nos bonitatis sue participes, ut bonus: peccantes autem puniri vult, ut justus. λέγεται ἐν τῷ μὲν πρώτῳ προηγμένου θέλησα καὶ ἐνδοκίᾳ ἐξ αὐτῆς ὅν, τὸ δὲ δεύτερον ἐπόμενον θέλησα, καὶ παραχώρησις ἐξ ἡμετέρας αἱτίας.* Quæ quidem verba primo intuitu id habere velle videntur, quod exsūgit Episcopius, respectu ultimorum, non vero idem & in priorum determinatione inveniet, dum enim προηγμένον θέλησα illam in DEO saltem Voluntatem vocat, qua vult πάντας σωθῆναι, certè quis est, qui Voluntatem, qua post prævisionem aliquot saltem vult salvari hūc referat, cum particularis determinatio Damasceni Descriptionem fugit? conf. *Mentzerum & Pelargum in Not. ad Damasc. l. c.* Hoc pacto stabilita antecedentis Voluntatis apud Damascenum explicatione, verba de Consequente Voluntate aut requirunt axioma Logicum vulgare: Unius positio non est alterius exclusio, aut voluntas de salvandis aliquot ex prævisione fidei plane non datur. Eodem modo expli-candum esse puto *Thomam Aquinatem Summæ P. I. qu. 19. artic. 6. allegante Summæ Reverend. Domino D. HOLTZFUSS in Tr. Theol. de DEO, attrib. ac Decret. Divin.* Accedit deinde, quod omnia illa quæ profert Episcopius inferant respectum circumstantiarum fidei sc. in objecto, quod ipsum facile acuminosissimus Autor subolfacere poterat, considerans, se Voluntatem consequentem definivisse, quod sit Voluntas, qua DEUS aliquid velit, non secundum se, sed habi-

habita ratione circumstantiarum, cuius contrarium vellet, si non essent tales circumstantiae. Fiat applicatio, Voluntas DEI consequens, vult aliquos salvos fieri, non secundum se h. e. absolute, sed quia decretum hoc jam praeedit circumstantiae, Obedientiae scil. fidei finalis praescientia, cuius contrarium vellet, si non adesset Obedientia fidei. Quæ vero, una cum exceptionibus, quæ formari possent, urgendi prolixius, locus hic non est. Certe, saltem sufficiat, non congruere illam cum notionibus Nostratium, quibus Voluntas antecedens ideo sic appellatur, quia Considerationem Obedientiae vel Inobedientiae Hominum praeedit. Vide Significationem hanc pro perspicuitate sua luculentissime exponentes, B. Gerhard. in *LL. Theolog.* Tom. II. art. de *Elect.* & *Reprobat.* §. 79. Eruditissimum *Calov*: in *System. Theolog.* Tom. II. p. m. 449. it. *Meisner* in *Philol. Sibr.* S. 4. q. 6. Accuratisimum *Brochman*. *Syst. theol.* Tom. I. art. de *Gratia DEI cap. II.* *Casp. Heunischium* in *Thesauro Disput.* Loc. II. de *DEO*. p. m. 77. &c. conf. omnino consentientem & prolixius notionem hanc verbis Croci explicantem *Dominum Præsidem in Concil. Grat. Univ.* & part. Subf. I. Art. I. Est itaque mihi Voluntas Antecedens Actus facultatis in *DEO* volentis efficacissimus, quo post Lapsum mortalium generis (1) omnibus Hominibus absque prævisione aut consideratione ullius circumstantiae bene vult, bonaque sufficientia omnibus re ipsa confert, ad finem Salutis æternæ consequendum, quam (2) omnibus eodem quoq; serio vult fieri, hac tamen conditione, si credant. Duplex itaq; inest Conceptus, quorum primus infert efficaciam Voluntatis, alter intentionem. Primus absolutam; Alter conditionatam indicat Voluntatem. Quem vero si-

C

gilla-

gillatim in Tractat. mea conceptum innuam, admo-  
nebo semper.

## DEFINIT. IV.

## ÆQUALITATIS ET INÆQUALITATIS.

**R**estant Æqualitatis & Inæqualitatis notiones ad-huc explicanda, quæ tantum abest, ut (I) agant de Æqualitate aut Inæqualitate, quatenus relativè intercedunt remunerationem DEI & Hominum opera, quin potius proportio talis post Lapsum DEUM inter & Hominem plane non datur, nec Arithmetica (ut loquuntur) nec Geometrica. Fœderalis datur quidem, sed saltim ex Gratia. Quia vero II) non tantum ea, quæ post exercitium Liberi arbitrij agimus, Gratia Divina tribuenda, sed præcipue ea, quæ ante Usum arbitrii existunt, & concipiuntur ceu principia Libertatis ejusdem, Gratia prævenienti non possumus non adjudicare, qualia sunt, ipsa de beneficiis DEI convictio & accedens verbi illuminatio, quatenus hæc omnia subiectis in eadem per se conditione constitutis, parilli mensura extensive & intensive tali cœlitus contingunt, Æqualitatem, quatenus ē contrario diversa mensura utroque modo considerata suppeditantur, Inæqualitatem vocamus, ita ut utriusque respectu Homo sit immeritus, adeoque utra statuatur, nulla tamen vel injustitia vel imprudentia DEO culpa affungi poscit. Sic Terminorum, quotquot in tractatione nostra obscuriores videri poterant, explicatione facta, ad ipsam de Gratia DEI Meditationem devolvemur.

CAP.

CAP. II.  
PRAGMATOLOGICUM

## SECT. I.

DE

## GRADIBUS GRATIÆ DIVINÆ

§. I.

**D**E attributo nunc Gratia Divina modo realio-  
ri acturis vastissimus illius occurrit conceptus. Gratia Divi-  
na quadrupli mo-  
mento reve-  
latur.  
Quemadmodum enim omnium in DEO Attri-  
butorum Abyssus infinita existit, (quæ causa est, quod  
inadæquate omnia concipiamus) simulque simplicissi-  
ma; (hinc confuse omnia cognoscimus) Ita discri-  
men utrumque haud leve insinuat inter Considera-  
tionem Creaturarum physicam & Numinis Meta-  
physico-theologicam, exulantibus quippe farentibus  
Philosophis visibilis mundi attributis, qualia sunt v.  
g. Τὸ πεπάθησα juxta Diogenem (hinc cognitionis adæ-  
quatæ principium cessat,) & ὁμοιουέρεια juxta Anaxago-  
ram, (hinc distinctæ cognitionis fundamentum abest)  
vid. Plutarch. de Placitis Philosophorum. L. I. c. 3. & L.  
II. c. 1. Quam vero difficultatem haut parum di-  
luit, quod extra hanc abyssum sese manifestaverint  
attributa DEI (etsi plenisimis buccis contranitatur,  
nescio quis, apud Sam. Parkerum introductus Deista  
vid. Disp. II. de DEO Sect. I. p. m. Edit. Londin. 106.) e-  
jusque adeo quod in DEO absconditum est, clara  
quædam ac juxta ordinem revelationis distincta reli-  
querint rudera, juxta quæ omne id, quod de Essen-  
tiâ hâc mysteriosa judicium ferimus, componatur.  
Quæ si in specie in hoc Gratia DEI Examine obser-  
ve-

vemus, juxta Gradus quibus objecto Homini scilicet applicatur, eandem concipi emus quadrupliciter. Innumeris enim defectibus obnoxius est Homo, indiget itaque non gratia tantum, sed gratiæ ditiis Eph. I. 7. *Mortuus est in peccatis*, indiget itaque Gratia quæ eundem excitet ad vitam, moveatque membra ejus, ut recepto Spiritu ingredi discat & curre. *Ignavus est*, præveniente itaque ac præparante gratiæ opus habet, ut ad eandem in viis Domini a lacris reddatur. *Non idoneus est*, ex se ipso, tanquam ex se ipso, quicquam facere, necessaria ei itaq; est gratia, quæ in ipso id operetur quod suapte virtute agere nequit. Si *Spiritus sit promptus, caro ubique vacillat*, cooperantem itaq; & adjuvantem sub quâ perficiētē requirit gratiam, quæ carnem sustentet. Quam Gratiarū Divinarum catenam exprimere placuit verbis *Summe Reverendi Domini Fechtii Theologiæ nostri Celeberrimi vid. ejus, Aphorism. de Ordine modoque Gratiae Divinae. Aphor. V. p. 9.* Nec moramur illos, qui nescio quas Gratiaæ classes cum Augustino aliisque Patribus distribuunt in prævenientem, excitantem, moventem, præparantem, operantem, cooperantem, concomitantem, adjuvantem, subsequentem, perficiētē, cum sane præveniens movendo excitet; Adjuvans cooperando subsequatur, subsequendo concomitetur, concomitando tandem perficiat Thesf. V. 23. ut adeo superabundans Gratiaæ Divinae copia à Theologis saltem plerisque quadruplici gradu exprimatur, *prævenientis*, quæ servitute peccati h. e. Servo arbitrio nos liberat, Joh. VIII. 32. *præparantis*, quæ inclinationem versus bonum adauget, (Act. XVI. 14.) *operantis*, quando DEUS in nobis operatur & perficere. (Philipp. II. 13.) & denique *adjuvantis*, quæ stabilit, roborat, fundat. (I. Petr. V. 10.)

§. 2.) Que-

§. 2. Quemadmodum itaque DEUS est DEUS ordinis, i. Cor. XIV. atque ordo est, per quem aguntur omnia, quæ DEUS constituit, juxta *August Libr. de ordine ad Zenobium, qui habetur Tom. I. Opp. c. III. vid. omnino Magnif. D. Job. Christ. Beermann. in Diff. priori de Ordine Cap. I. §. XI. p. 12.* ita Gratia ejus incipit ab illo gradu qui Naturæ est proximus, quod minus consideratum januam quondam aperuit *Pelagio*, suis de viribus naturæ contra *Manicheismum* hypothesibus. Quibus evitandis sollicita de Discrimine Naturæ & Gratiæ accedat Meditatio. Et quidem observat Paulus in *Epist. ad Romanos c. I.* indidisse DEUM Homini occultos quosdam stimulos, qui eundem pungant & vellicent, deque malis angorem mentibus ingenerent, bonorum vero executionem tranquillitate compensent. Qui quidem instinctus radicaliter considerati ad naturam pertinent, hinc Gentiles *η φύσει* naturâ dicuntur facere opera Legis, (Rom. II.) *respective* autem considerati, quatenus arguunt intentionem Divinam, præstant actus paedagogicos, & ad Gratiam juxta Def. i. sunt referendi. Quod ut clarius evadat (I.) eo Naturam extendemus, usque dum Lucretiam offendierimus in Homine, quæ non potest non utriusque esse terminus. Hujus vero Meditationis fundamentum solidissimum est, id, quod Salvator innuit, Regnum cum se ipso discors esse non posse. Matth. XII. 25. sqq. cf. Marc. III. 22. sqq. it. Luc. XI. 15. sqq. Quousque itaque sensibilibus infervis, peccatoque alto obrutus somno indormis, pacata sunt ossa Tua, nullumque in Te Bellum, dum de DEO non cogitas. Quem statum Hominis graphicè depingit Sapientiæ Libri Autor in toto Cap. II. cuius præcipue

vers. 12. sqq. notandi, ubi Justus dicitur ~~dilectus~~; *Est contra utilitatem nostram*, quia naturalis status omnes de DEO ac Legibus honestatis cogitationes sibi inimicas ac inutiles putat, ubi vero de utilitate Conversionis nostræ ad DEUM ac inutilitate s. potius damno Status sensibilis naturalis non convincimur, nec possumus cogitare quidem de peccatis deserendis; Talis itaque est natura, peccatis ac sensibilibus tam alte indormiens, ut arbitrium mentis nostræ exinde plane evadat servum. Quamprimum vero obloquentem Conscientiam, meditationes de DEO, de Dependentia mentis nostræ à DEO, de immortalitate, saltem per Rationem dubia adhuc, ac ambigua Anima nostræ, auscultamus, en! Lucta quædam existit interna quæ ideo quod Lucta est, non ad unum idemque pertinet, sed alterum sit naturæ oportet, alterum Gratia. Hinc primum Naturæque proximum Gratia Divinæ Gradum (II) Prævenientem scilicet, ita concipiems, ut nunc DEUS agat in Homine per actus pedagogicos, nunc per verbi sui operationem. (N) Prius illud, quemadmodum omnium rerum ordinem DEUS tenet, rursus peragitur suis gradibus, quos proponam verbis D. Job. Hülsemanni cap. II X. Brev. Theol. Th. II. Vocantur, inquit, omnes Homines NB Objective per propositionem regiminis & beneficentiae Divinae in creaturas. NB Effective, per suscitationem conclusionum practicarum in mentibus infidelium, INÆQUALI TAMEN MENSURA, ad inquirendum de vero cultu DEI. Quæ Suscitatio fit à DEO per influxum gratiosum merito Christi partum, conf. D. Job. Adam. Osiander P. III. Colleg. Syb. Loc. VI. Th. XXI itemq; Loc. X. Th. II. Qui conceptus ita sunt evolvendi, ut disquiramus.

*a. Quid mens nostra de DEO percipiat, ubi ante omnia*

mnia *Dependentiae* à DEO cognitio occurrit Animæ rationali, quatenus (1) Conscientiam habet *Creationis sua*. Quando enim (quod evitare non potest) primum omnium anxia de origine sua sollicitudo occurrit menti rationabili, nec semet sui causam esse posse, nec nihil, nec aliquid quod **DEUS** non est, demonstrative plane concipit. Non se ipsam, quia nulla hujus memoria, quia entia externa multiplicarentur, quod tamen quam refutetur singularum rerum harmonia mirifica, ostendit Athanasius : οὐκ ἡ λόγος δὲ αὐτὴν τὴν δια-  
κοσμούσεται, οὐδὲ τὸν πάνταν μεθ' ὄφεοις ὀφεοῖς, & πολλάς,  
αὐτὸν ἐντὸν αὐτῆς ἀρχούσα, οὐκ ἡ γεράσια δέμνυσι, λόγον εἰπεν γε  
εἰπερ τὸν πολλοὺς τῆς κλήσεως ἀρχούσες ἐσώζετο Ιησαῦν λόγος  
τοῦ πάντων αὐτὸν τὸν πάλιν ἀτακτὰ τὰ πάντα, δια τὸν πολλάς.  
Quia denique corpori est immersa, tanquam carceri cuidam miserabili, cuius ipsa mens nostra exofa, dum expers esse malit, quis est, qui non concipiatur, absque circumsepta sibi materia hacce mentem futuram, si à se ipsa extitisset? Nec a nihilo generatam se esse ratiocinatur, quia plane obstat universalissimum illud : Ex nihilo nihil fit. Restat, quod à nullo prater **DEUM** se creatam sentiat, quia nihil cui eminenter ea, quæ ipsa possidet, insunt, prater illud Numen, quod independens sit oportet, concipit. Hæc tanta sunt, tantoque Rationi implantata Lumine, ut universam fere Gentilium cohortem irradieant, hinc Pythagoras, Platoque immortalitatis animarum rationem allegant, quod DEI sit opificium, ita apud Plutarch. de placitis Philosoph. L. IV. c. 7. τὸ μὲν λογικὸν ἀφεπειρον, οὐ γὰρ τὸν Ψυχὴν & θεὸν, αὐτὸν ἔργον τοῦ διδίξεις ὑπερχειν. Ubi quid per λογικὸν sibi velit cognituro observandum est, divisisse hosce Philosophos Animam in duas partes, quarum unam λογικὴν vocabant,

h. e.

h. e. Rationem stricte sic dictam, quæ & conceptus conferre, & ex collatis Conclusionem elicere valeat. Alteram faciebant ἄλογον, inferiores innuentes animæ rationalis facultates. Quomodo verò allegata à Philosophis ratio thesin feriat, duplice modo explicare posse confido; Aut enim ex hypothesi disputant, DEUM statuentes unicam totius Universi formasse animam, unde sias singuli Homines participent mentes quæ post obitum in universalem illam ceu communem quandam Oceanum refundantur, quam fuisse veteribus Philosophis sententiam, eandem refutans ostendit Hierocles in *Liber de Providentia*, & iterum Plutarchus I. c. L. IV. c. 6. Ubi πυθαρος, inquit, καὶ πλάσων ἀφθαλον εἴναι τὴν ψυχὴν, ἐξιστανταί εἰς τὸ τέλος παντὸς ψυχὴν ανακωρεῖν εἰς τὸ οὐρανόν. Aut omnis, quam argumentum habet, emphasis quærenda in voce ἔγον, per quam immediatum τὸ αἰδίον effectum, h. e. effluxum Spiritualis naturæ DEI intelligebant. De cætero antiquitatis totius suffragio vid. *Macrob. in Somn. Scipion.* c. XIV. & XVII. *Proclum in Alcibiad.* I. *Euripid. Supplic.* vers. 532. & sqq. *Platon. Phædon. Philon. de munari opific. Joseph. de Bello Jud.* L. III. *Plotin. Ennead.* 4. c. 6. *Stobæum Eclog. Phys.* L. I. *Jamblich. de myster. Ægypt.* S. VIII. c. 6. conf. omnino *Huet. in Concord. Ration. & fidei.* L. II. c. 8.

Nec saltem hoc fundamento Dependentiam suam agnoscit, sed præterea (2) quatenus conscientiam habet Motoris sui; Sicut enim suæ ipsius causam esse, inconveniens videbatur; ita simul suæmet Conservatricem, nec enim aliter se concipit continuari, quam ut momento omni denuò ab alio extra se moveatur. Quod quam in *intelligibilibus* obtinet, verbis nunc *Augustini* exprimere liceat, qui L. XIV.

XIV. de Trinit. c. 3. Ab illa, inquit, incommutabili hu-  
ce veritatis, etiam impius, dum ab ea avertitur, quodammo-  
do tangitur. Hinc est, quod etiam Impii cogitant aeterni-  
tatem. & multa recte reprehendunt, recteque laudent in  
Hominum moribus; Quibus ea tandem regulis judicant,  
nisi in quibus vident, quemadmodum quisque vivere debeat,  
etiam si nec ipsi eodem modo vivant? Ubi autem eas vi-  
dent? Neque enim in sua natura. Nam cum proculdu-  
bio mente ista videantur, eorumque mentes constet esse mu-  
tabiles, has vero regulas immutabiles, videat quisquis in eis.  
& hoc videre potuerit --- ubinam ergo sunt istae regulae scri-  
pta, nisi in Libro lucis illius, quo veritas dicitur, unde Lex  
omnis iusta describitur --- in qua videt, quid operandum  
sit, etiam qui operatur in iustitiam & ipse est, qui ab illa  
Luce avertitur, a qua tamen tangitur. In imaginabilibus  
ac sensibilibus σαρξάτην est veritas, cum in explicati-  
one perceptionum sensibilium, quid agat anima ve-  
hiculum, (quod Autor Libri Sapientiae c. IX, 15.  
γεώδες σκήνος vocat,) concipiamus clare; Quomodo  
vero & id quod extensum non est, Mens scilicet  
Spiritualis ac cogitans, ab eo quod extensum est,  
tangatur, Item, quid eveniat huic motui, & qua fa-  
cultate gaudeat, ut Objectum, quod menti absens  
est, nihilque sui motui huic imprimat, menti tamen  
ceu præsens sifstat, Philosophis æque haec tenus in-  
determinatum mansit, quam dicere,

--- Quibus in terris inscripti nomina Regum

Nascantur flores.

hinc totum mentem nostram ad quævis objecta mo-  
vendi negotium Numini benignissimo deferendum  
putant. Hoc pacto evenit, ut quamvis cæteri mo-  
di, quibus hæc phænomena explicari possent, omnes  
idem quod volumus suppeditent; quales sunt: Mentem  
nostram

nōstrā pollere virtute illas Ideas producendi; DEUM eas simul cum mente, eandem creando producere; DEUM eas producere, quotiescumque de objecto aliquo cogitemus; Mentem in se ipsa possidere omnes perfectiones, quas in istis corporibus videt; nullus tamen est æque difficultatum sterilis, quique, quām omnes Spiritus in Cogitationibus suis dependeant à DEO evincat fortius, quām qui statuit īmediatum ad quāvis objecta Dei motum, quo facit illud ex Arato Poēta Cilice à Paulo adductum: ἐν αὐτῷ γένεσιν, καὶ πνεύματα, καὶ στούντια. A&t. XVII. 28.

Ut vero Dependentiam suam à DEO mens rationalis cognovit hætenus, tum in essendo, tum in cogitando; Ita porro Beneficentia Divinæ toto Die agnoscit plaustra, qualia Providentia Divinæ uterque aëtus accumulat, Conservatio ac Gubernatio Creaturarum, de quibus Petrus A&t. XIV. 15. sqq. Offert se itaque hic DEUS menti nostræ ceu Summum bonum, aut juxta Platonem τὸ οὐλόν, sive hoc dicatur ἀπό τὸ οὐλόν, apud Dionys. Petavium c. IV. de Divin. nominibus in Theol. Dogm. ἀε πάντα πρὸς ιανόν οὐλόν, sive ἀπό τὸ οὐλόν καὶ θελγεν., demulcendo & alliciendo, apud Philopon. L. VII. de Opific. c. 16. Hanc DEI Perceptionem sequatur,

β) Quid mens nostra hac sublevata illuminatione naturali concludat? Ubi occurrunt Principia naturalia, tum theoretica, tum practica. Illa sane mens non concludit, nisi in DEO, cum certe nihil sit, quod tam fortiter mentem convincat v. g. Ex nihilo nihil fieri, ut plane dissentire sit impossibile, nisi vis quædam cui mentem tenendi sit absoluta potestas. Practica autem maximè sequuntur hætenus explicatum intellectus Lumen, quatenus enim de Dominio Divino s. sui Dependentia mens convincitur, oriuntur

Con-

Conclusiones de DEO colendo, timendo, obediendo; Quatenus de DEI beneficentia: oriuntur Conclusiones de DEI Amore, fiducia, reconciliatione. Quatenus de DEO, ceu Υα παλω, oriuntur Conclusiones de Attributis Divinis imitandis &c. vid. totam hanc materiam abundantioribus Conceptibus deduc-  
centem Rich. Baxter in Meth. Theol. Chrift. P. I.c.XII. Usque huc Actus pädagogici Gratiae prævenientis pretenduntur, quos equidem Gratiae termino dignari plane nolle Nostrates videntur, sic enim Hül-  
semannus de Auxiliis Gratiae pag. 26. Facultates ait, con-  
screatae, aut in natura reliqua, non veniunt nomine Gratiae  
conf. Calovium in Confid. Armin. p. 344. sqq. Scherzer. in  
Encl. Brev. Hülsem. c. IIIX. th. V. fol. 443. 446. Thes.  
IIIX. fol. 452. Vocabulum autem Gratiae ipsis ve-  
nire sensu Specialissimo, quo solam per Evangelium  
supernaturalem illuminationem denotat, arguit ex-  
presse Dn. D. Olearius Theologus apud Lipsenses Celeber-  
rimus, quando in Synopsi Errorum Armin. Diff. XII. §.  
LXVI. p. 64. Relicta vero inquit, post Lapsum rudera  
Gratiae nomine indigna sunt. Nec datur Gratia quedam  
communis præveniens & NB supernaturalis extra verbum,  
eius non sufficiat sit causa efficiens ulterioris vocationis  
& Gratiae. Clarius idem exponit Dn. D. Fechtius.  
Theologus, apud Rostochienses gravissimus, quando in Diff.  
de ordine modoque Gratiae Divinae Aph. VII. Pervulgatum  
est, inquit, & Theologis passim consuetum, hos naturae in-  
stinctus gratiae nomine dignari, aut ad Gratiam præveni-  
entem atque vocantem referre. Indubitatum autem est,  
gratiae nomen eosdem in generaliori illo significatu mereri,  
quo gratia est, quicquid Homini ad decus ipsius confertur.  
& indebitum tamen est, atque ex mera bonitate Divina  
procedit. Quibus Theologus hic gravissimus men-  
tem tantum aliorum interpretatur, cum cætero-

quin l. c. concedat, quando hæc ipsæ notitiae naturales considerantur sub eo respectu, quo Hominem ex intentione DEI ducunt ad prioris vitæ pœnitentiam, ad inquirendum verum DEI cultum, ad gloriam Numinis Divini celebrandam, non videri sub hoc respectu Divinæ intentionis referri debere ad naturam, sed ad Gratiam. Quin *Domino Praesidi* Illuminationem hanc per actus Gratiæ prævenientis pædagogicos factam, Gratiæ titulo efferenti, explicantique de ea illud Joh. I. 9. in *Epistola Irenica*, suffragatur ex Nostratisbus Sev. Scultetus in *Disc. Universalismi Reform.* c.l.ad *Epist.Iren.* §. 10. p.40. Imo de ipso gloriamur *Hülemani Suffragio* in *Brev.Theol.c. IIIX Th. II.* &c. *IX Th. II.* conf. *B. Scherz* ad ll. cc. Definit vero hæc Gratia DEI prima

(2) *In Oblatione ac Operatione verbi Divini*, quorum prius adeo est universale, ut, quicquid *Sanchoniathon Phœnicum*, de mundi origine aliisque religionis Capitibus scripsit; Quicquid *Berosus Chaldaeorum* ex Annalibus Chaldaicis collegit; Quicquid *Homerus*, *Hesiodus*, *Solon*, *Pythagoras*, *Anaxagoras*, *Hellenicus*, *Theopompus* & *Theodectes* apud *Demetrium Phalerium* & ex eo *Aristeas de LXX. Interpr.* de diversis religionum partibus observarunt, omnia ex monumentis Mosaicis haussisse, sedulo ac eruditè ostenderit *Huetius in Demonstr. Evangel. Prop. IV. cap. II.* sqq. adeo ut universa propemodum Gentilium Theologia ex Moyse emanasse videatur, præcipue cum *Phœnicum Tautum*, *Thammum Ezechielis*, *Marnam Gazenium*, *Theuth*, *Serapim*, *Apim* & *Mnevim Anubimque Aegyptiorum*, *Zoroastrem item Persarum*, *Deos omnes* Græcorum Romanorumque ipsum indicasse Moysem probabilitè admodum ostendat *Huetius l. c. conf.* eos qui contra

Spen-

Spencerum ac Simplicium Adversarium Job. Philoponi scripserunt. Posterior autem partis hujus, operatio scilicet verbi, quando cuidam contingit, adeo est efficax, ut simul Spiritus S. per verbum motionem quandam Volutati nostrae ingeneret vid. Alex. Morus citatus à Clar. Lud. Le Blanc in Thef. Theol. P. II. p. 191. Hinc oriuntur variae potentiae spirituales, quas omnino accurate elicitas vide à Summe Reverendo Domino Praefide, in Annotat. ad Spanhem. Elenchum ad loc. de Provid. & Prædest. Annot. V. p. 466. sgg. Affectiones sunt Universalitas & Inevitabilitas excepto ultimo gradu.

Gratia præparans.

§. 3. Cum itaque DEUS per Gratiam prævenientem præmisit compunctionem cordis A&t. II, 37. qua de peccatis nostris ac statu miserrimo admonemur, poenitentiam cogitamus, viam quam ad Salvationem ducit querimus, succedit Gratia præparans, cuius præcipuum in Informatione consistit negotium, quam fit per Verbum illuminans ac penetrans usq; ad μερισμὸν ψυχῆς καὶ πνεύματος Ebr. IV. 12. vid. D. Fechtius l. c. Aphor. IX. Miseretur Deus conscientia Malefactorum angentis, sitientis, clamantis: Pater peccavi *εἰς τὸν θεόν* (h. e. בְּשֶׁבֶת קָדְשָׁךְ) quam vox Rabbinis DEUM exprimere solet, per metonymiam an absolute, nunc non disputo) in DEUM, καὶ ἐπάτειον σε h. e. coram TE, (quem explanandi sensum ad modum τοῦ habere part. καὶ vid. apud Glash. in Gramm. S. L. IV. Tr. I. Obs. VII.) Luc. XV. 18. Clarissime, qui sit utriusque Gratiae hujus processus, ostendit id quod Concionis Petri evenit A&t. II. 38. Quamprimum enim per Gratiam DEI prævenientem verbum ipsis annunciatatur, compuncti cordibus, convictique Conscientiis, *quid faciemus inquit, Viri fratres?* Quod haec tenus efficerat Gratia præveniens. Illico Informatio sequitur

per Gratiam præparantem, cum Petrus totum DEI de salute eorum Consilium exponeret. Absolvitur itaque præparantis Gratia Conceptus *Illuminatione Intellectus ac Motu Voluntatis*. Utraque pars, Intellectus scilicet & Voluntas, sua jam sensere in Gratia præveniente, sentiunt & eadem in Gratia præparante, cum distinctione tamen, nisi utramque Gratiam confundere velis, anxiè observandā. Est etenim aliud Illuminatio inchoata, quam pædagogicam voces, referasque ad præventionem DEI, quā non agnoscimus nisi peccati statum, quo cœi inimici DEI tenemur. Rom. I. aliud Illuminatio continua, quæ completiōr, non legaliter tantum, sed evangelice pariter, totam salutis viam per Christum edocet pleniusq; mentem convincit de beneficiis Dei peccatoribus collatis ac conferendis, *quod res hæc sit fiducia plena* (ita enim redderem ἡ λόγος ad modum Hebraicę רְבָר, cui sane æquipollent) atque omni approbatione digna, *quod Christus venerit in mundum peccatores salvare, quorum quisque primarium se putet.* 1. Tim. I. 15. Parili ratione & Motio voluntatis à prima illa gradu differt, adeo, ut cum agnitione prima statūs peccati operata fuerit agnitionem miseriae, ac Dēsiderium erga Gratiam DEI absolutorem; ita nunc oriatur Tristitia secundum DEUM per explicationem Legis Spiritualem, secundum affectus Cordis & DEI indolem, Matth. V. Rom. VII. 14. 1. Petr. I. 15, 16, item per considerationem iræ ac misericordiæ Divinæ, quæ collata cum passionibus Christi pudorem sanctum procreat. Adeoque eō Voluntas redigitur, ut cum fiducia omnibus articulis ad fidem necessariis consentiat & ad veram Conversionem præparetur. Fundamentum hujus

Græ

Gratiæ est Illuminatio verbi Spiritualis, NB non historica, h. e. Intellectum tantum afficiens, sed cum convictione intima talis, quam non potest non sequi Voluntatis motio. 1..Joh. II. 4. ac Debillatio carnalis indolis, quæ semper ~~αντισπάλευσις~~ Spiritui, hinc antequam plene ex viribus Resurrectionis Christi gratia DEI operari possit, emergit pugna inter naturalem Hominem ac indolem Spiritualem, ut hæc libere exerceri non possit, nec tamen Homo amplius propter prævenientem gratiam sub Lege peccati sit. Quod fundamentum innuens David *כִּי הַקְרָבָתִי* inquit, Ps. XXXII. 3, quod recte juxta idiotismum B. Lutherus: *Den daichs wolte verschweigen.* Fluunt exinde quædam rursus potentiaæ Spirituales, quas accurate iterum propositas vid. à *Domino Praefide* l. c. §. III. p. 469. Affectiones autem primariae nobisque h. l. præcipue sunt *Particularitas* ac *Resistibilitas*. Illa evincitur ex præsupposita admissa Gratia præveniente, quam dum multi manibusque pedibusque abigunt, ipsum Consilium DEI in verbo oblatum contemnunt contra femet. Act. XIII. An autem his putas Illuminationem spiritualem contingere per verbum? minime gentium. Ad prævenientem autem Gratiam restringendum est illud Johannis, quod habetur in Evangelio c.l. vers. 9. ὁ φωτίζει πάντα τὸν ἀνθρώπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, quod sive explicet: Omnum Hominem venientem in hunc mundum. Sive: Quod veniens in hunc mundum illuminat omnem Hominem. (Certe Syrus ita: *מן הר לבש ראתה לעמאנ* qui illuminat omnem Hominem, qui venit in mundum,) sensus tamen est, universaliter Lumen hoc præveniendo Mundum illuminare. Resistibilitatis exemplum præbeat Bilea.

teamus, qui eti edoceretur de Messia ex stemmate Jacobi nascituro, tamen deinceps assensum cohibuit. Hinc dicitur quidem שְׁרֵךְ רַעַן apertus oculo, i. e. illuminatus, at, quam fœde refiterit, edocet & R. Salom. Jarchi ad b. l. cum sibimet quarenti, cur in singulari dicatur, oculo, respondet: שְׁמָרֶנוּ docet nos, quod cœcitas in altero oculorum suorum fuerit, h. e. illuminatio cum incredulitate conjuncta.

Gratia operans. (§. 4.) Succedit tertius Gratiae Divinae gradus, quem operantem seu convertentem Theologi vocant, quando illuminatio verbi Spiritualis cum convictione solidissima ac intima conjuncta fidem parit arripientem ab Amore Patris æterno in Oeconomia N. federis proposita in Christo beneficia, ac cum summa fiducia accedentem ad hoc propitiatorum N. T. ut gratiam inveniat. Hebr. IV, 16. perque amorem & opera efficacem quam maxime. Gal. V. 6. Observandum vero antequam conceptus Gratiae hujus explicemus ulterius, (1) quando Gratia haec dicitur operans etandem non ita operari, ut ostendat tantum Voluntati humanæ objectum, aut Voluntatem DEI in verbō, voluntatem plane non afficiens, quæ olim hæresis erat Pelagii, (vid. Vossius in Histor. Pelag.) extollentis scilicet nimium liberi arbitrii vires, quas tamen mirum, quantum deprimat optimus Salvator: Extra me nihil potestis facere. Joh. XV, 5. Ad quem locum belle Augustini: Non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere, sive ergo parum, sive multum, sine eo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest, cf. L. III. Hypognost. vid. D. Calovium in System. Theol. Tom. X. c. IV. Qu. 2. conf. Lud. L Blanc in Thes. Theol. 500. sqq.

Obseruandum 2) Gratiam DEI operantem non amit-

admittere cooperantem Hominis Voluntatem, s. ita offerri ut oblata eâ, in Hominis potestate sit, per illam ea, quæ ad conversionem & salutem sunt necessaria, præstare, & si pravitati suæ indulgeat non præstare, quam hypothelin defendendam sibi sumpserat *Laternanus in Disput. de Prædest. thes. XXXII.* Est equidem, quod & h̄ic virium tribuunt Voluntati hominis Theologí, rite tamen distingvi volunt, inter Gratiam oblatam Homini adhuc convertendo, & collatam Homini jam, sive ex asse, sive ex parte converso. De priori saltem quæstio est, An Homo adhuc convertendus Gratia DEI convertenti vel operanti ita cooperari possit, ut Conversionem suam unâ cum DEO absolvat? Duo autem conceptus in Gratia Operante veniunt evolvendi. *Primus* est, quod fides nunc absolvatur summâ fiduciâ arripiens Misericordiam DEI in Christo oblatam, quo ipso auffertur Homini reatus peccatorum suorum, quod necessario sequitur contritione cordis secundum DEUM h. e. cum dolore, pudore ac fiduciâ in meritum Christi conjunctam. 2. Cor. VII, 10. Hinc contritæ per tristique Hierosolymæ Gratiamque miserentem fitienti DEUS annuntiare jubet כְּפִי־ בְּחַטָּאת־ךְ duplum in peccatis h. e. statu peccatorum, quod amplius cum Lege luctari non debeat, sed per fidem debeat salvari; (כְּפִי־בְּחַטָּאת־ךְ) Deinde, quod per hanc fidem remitti ipsi debeat peccata sua, (כְּיֵצֶר־עֲוֹנָה) Es. XL. 2. Sicut autem mors spiritualis & culpa est & poena, adeo ut tradat DEUS ceu Judex Hominem malitiosum ἐν ιαστι μεθυσίας τῆς καρδίας αὐτὸς εἰς ἀναθοπλαν. Rom. I, 24. Ita ablato per Gratiam operantem hoc culpæ malo h. e. peccatorum reatu, tollitur simul indoles illa maligna carnis, non quidem radicaliter, effectivè

tamen, ut vetus Homo occidatur cum membris suis. Coloss. III. 4. Hinc secundo consideranda Collatio virium ambulandi in vita nova, ex analogia & virtute per fidem applicatae Resurrectionis Christi. Rom. VI. 4. Concurrunt itaque in hac Gratia Operante Iustificatio ac Renovatio inchoata, quatenus Homo vires accipit operandi ex fide, quae nunc evasit victoria de mundo, 1. Joh. V. 4. in preparante Gratia hactenus sub Lucta existens. Rom. VII. Hos Conceptus eodem ordine proponit Ezech. cap. XXXVI. comm. 25, sq. (ubi saltem ὡς ἐν παρόδῳ notandus foedus quidam, & illi seculo haud infvetus *Corn. à Lapide* in Accentuatione Lapsus, nec maximam quidem, quod mirum, ditionis Distinctionem per Athnachum factam observantis, ita enim comma 25. reddit: *Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris & ab universis Idolis vestris vos purifcabo.* vid. *Comment. ejus in b. l.*) Hac Gratiae momenta clarius didicit Insignis Rostochiensium Theologus August. Varenius in *Breviario Theolog.* Cui præter paucissima accurate suffragatur *Summe Reverend. D. Præses in Hexad. Annot. ad Spanhem. tertia Dissensum Protestantium Præterfundamentalem exponente, Annot.* V. §. V. p. 474. sqq. Fundamentum Gratiae hujus illud est, quod nullius Hominis sit Renovationem posse operari, vel quicquam cum DEO tanquam causâ sociâ agere, sed quod DEI solius sit operari velle & perficere. Phil. II. 13. Subjectum tamen adsit, quod ex preparante Gratia velit converti ac justificari. vid. §. præced. Hinc Affectiones primariae & Particularitate absolvuntur. Joh. III. 18. & Resistibilitate quadam 2. Thes. III. 2. Etsi quidam illud: *εἰς τὸν πάτερα οὐτοις* explicare

care velint: Non enim omnibus fides est habenda.  
vid. tamen Act. XIX. 9.

§. 5. Totum denique Salutis opus perficit Gratia cooperans & perficiens, quando post oblatas fieri & dei ac justificationis vires, virtute Spiritus DEI nunc quidem inhabitantis procedere dicimus de virtute ad virtutem, crescimusque (ἀληθεύεσθαι ἀγάπην, h. e. אָמֵן בְּרוּתָה וּמִתְּהִלָּה, sive ut Psaltes: שִׁירְיוֹן) per Ps. XXXII. 2. Quo sensu & Syrus habet per Gratiam præparantem ac operantem omni jam falso state privati, integro affectu DEUM amantes, (εἰς οὐλὸν pro ἐν αὐλᾷ, Idiotismo Scriptoribus nostris familiarissimo) cum Christo uniti & in Justificatione membra ipsius facti, (τὰ παῖδα, vel pro καὶ τὰ παιδά, sicut ἡν δέκανον pro καὶ τὴν ἀρχὴν. Joh. VIII. 25. vel ἀνέρων in Hiphil explicandum, crescere faciamus omnia, prius vero analogiæ loquendi Scripturæ convenientius) in omni moralitate Spirituali, non tantum extensive, sed intensive simul, cum Spiritualis ac interior Legis Observatio, quotidiana ejusdem meditatione (Ps. I, 1.) ac Exercitacione (I. Cor. IX, 24.) fiat expeditior. Ephes. IV, 15. Vocant alias Theologi Gratiam hanc *inhabitantem*, sicut haec tenus expositos gradus ad *affidentem* referunt. Distinguunt tandem in *Perficientem* & *adjuvantem*, singulisque varia momenta tribuunt. vid. omnino accurate ac prolixe hæc exponentem Summe Rever. Dn. D. Fechtium in Disib. de ordine modoque Gratiæ Divinæ. Abbor. XII. sqq. quæ tamen singula breviter complectentur dicto Petrino, quod extat c. V. epistolæ prioris, commate 10. Αὐτὸς καλαθίσας ὑμᾶς, τηρεῖται, θεωρεῖται, θευτιώται. Pro quibus in MSC. καλαθίσει, τηρεῖται &c. abest ὑμᾶς, quod tamen subintelligendum

dum necessariō cuique subolet. Majoris momenti id videtur, quod ultimum, θεματιστα scilicet, plane sit omissum, cuius tamen fidem facile nobis faciunt cæteri Codices. vid. *Esius & Menosius ad h.*  
*b.* Primum omnium Gratia hujs momentum Apostolus exprimit, per καλαποσα, quod idem de Renovatione usurpatur Hebr. XIII, 21. Est vero & Architectoribus & Medicis præcipue familiare, quorum prioribus compingere, coagmentare significat; Posterioribus, luxata membra in suum locum restituere. Sic apud *Dioscorid.* in *Pref.* L. VI. ἡ καλαρισμένη γάν εδεσμάτων. Äquipollit *Hebræo* יְכַנֵּ. Devt. XXXII, 6. Exprimit itaque, ut Rabbini dicunt, הַעֲשֵׂה רְאֵךְ רְאֵךְ juxtaposta sensum nudum *Redunctionem cum DEO*, à quo sejunctus antea Homo, nunc restitutus intimè & familiariter cum DEO conversatur, vocaturque אָוֹהֶב. Es. XLI, 8. Ex hac Unione cum DEO varii iterum Gratia inhabitantis nascuntur effectus, quorum primus vocatur *Gratia conservans seu custodiens*, Φρεσσα 1. Petr. I, 5. Φυλάττεα 2. Tim. I, 12. alter, *Gratia confirmans ac certificans*, certum Hominem reddens, cum de præsenti, tum de futura salute, ut fides fiat ὑπόστατης ἀπογενέντων. Hebr. XI, 1. Tertius, *Gratia roborans & contestans*, nec enim Certitudinem salutis tantum generat Gratia, sed langvidam, intermorituram regenerat, hinc Discipuli Salvatoris O. M. Domine, inquit, πρόθες, adde nobis fidem. Luc. XVII, 5. conf. Marc. IX, 24. 2. Cor. I, 21. 1. Joh. V, 8. Rom. VIII, 16. sq. Quartus, *Gratia consolans & erigens*, quæ non tantum fit verbis in Scriptura propositis, sed realiter 2. Cor. XII, 9. cum & ipse Spiritus S. pro nobis intercedat. Rom. VIII, 26. Quintus denique *Gratia silvans*, consistens p. in iusti-

stif.

stificatione nostrâ gratiosa, p. in hereditate secundum spem vitæ æternæ, exerente in *γενετικην* *μετανοιαν* *πειθαρισμον* Hebr. VI. 5. Secundum Gratia hujus momentum depingit *Ιοντ* *επιχειρισιαν*, quod minus notare observant Græci quam Θεμελιωθαι, exprimit enim consistere ac pedem firmare. Sic Homer. *Odyss. r. 8 δέπει εἰχον ἔτεις σηρίξαι ποσὶν ἐμπέδον, οὐτε ἀπιθηναι.* neque poterat pedibus firmiter stare, neque transire. Äquipollet Hebræorum *ψαλμον* Ps. LI, 12. notatque maiorem Spiritualis Indolis gradum, quo *רוּחַ נֶרְבָּה* nos dicit, ut sponte agere incipiamus, ceu *וְלֹא כִּי-אֵלֶּה-זֶה* Joh. VIII, 36. Tertium hinc sequitur momentum, quod exprimitur per *Θεωριαν*, à Rad. *Θέων* valeo, possum. Sic apud Sophoc. in *Ajace*: *Εἴη μάγιον πειστόν οὐκοπέπει τὸν Θέων.* Est itaque *Θέων*, facio posse seu valere. Äquipollet Hebræo *ριπ*, quod ita firmum fieri denotat, ut valide quis agat, diligenterque exequatur, opponitur enim *Ιωαννης ۱۰:۳۲* remittere cf. Jos. XXIII, 6. Inde Judæi in more habent, sub calce Librorum sacrorum Lectorem diligentiam ac continuationis constantioris admonere per verbum *ριπ* fortis esto! Exprimit majorem adhuc priori gradum, quo scilicet non spontaneo tantum in Renovatione Spiritu B. O. agimus, sed insuper *ζελοται* evadimus *καλων εργων* Tit. II. 14. non remissiores agentes post unam aut alteram virtutem, sed *διώκοντες Ιην δικαιοσύνην* præbemus in fide virtutem, in virtute cognitionem, in cognitione continentiam, in continentia patientiam, in patientia pietatem &c. 2. Petr. I. 5. sqq. Ultimum denique quod Gratia DEI in Homine agit est, quod Petrus per *Ιοντ* *Θεωριαν* exprimit, quod descendit *από Ιωαννης*, *Heschio παρα Ιωαννης*, quia ponit primo loco soleat. Äquipollet Hebræo *τον*, quod fundationem

לְבִנֵּים notat omnium firmissimam. Sic David  
תָּחַרְצָ יְסָרֶת, jam olim terram adeo fundasti, ut centro  
fuo elabi nequeat. *P*l. CII. 26. notatque adeo Donum  
perseverantiae, quod nullus *S*anctus promit-  
*t*ere sibi potest nisi per ceteras omnes sequentem  
*G*ratiam *I*stabilientem, qua *D*EUS nos reservat in-  
culpatos ad Diem Domini nostri *J*ESU *C*HRISTI.  
*I*. Cor. I. 8,

## SECT. II.

DE

## ÆQUALITATE AC INÆQUALITATE

GRADUUM.

CONSECT. I.

§. I.

**V**oluntas antecedens juxta primū præcipue Conceptum pertinet tantum ad prædictionem, atq; Voluntatis Divinæ conceptum primum cum primo ad Voluntatem antecedentem sensu introque. **F**Luunt nunc tandem ex his, quæ hactenus evolvimus, quasi ex apertis fontibus quædam Consectaria, quibus id omne quod de Æqualitate ac Inæqualitate Gratiaæ Divinæ Ratio theologicis induita mediis assequi potest, quantum humeri valebunt, exvenientem plicare conabor. Conferenti autem antecedentis Gratiam, atq; Voluntatis Divinæ conceptum primum cum primo Gratiæ ejusdem gradu, quem propter ordinem prætem antecedentem venientem vocavimus, occurrebat statim illud vero admodum simile, non tantum nullum esse omnium quos hactenus Homini obtulit Numen Gratiaæ Gradum, cui æquè Voluntas hæc antecedens sensu priori debeatur quam Prævenientem illam; sed & ad solam antecedentem eandem esse referendam, nullo modo ad Consequentem.

§. 2. Quod ut prima fronte nulli non παραδοξότερον videri poterat; ita tamen quicquid forte paradoxi habere videtur, id omne saltem loquendi modo, minus

nus conceptibus deberi ostendam, postquam ablega-  
vero ad cap. I. Def. III. & cap. II. S. I. §. II. conferenda;  
Remque ipsam demonstravero & artificiali & inarti-  
ficiali quodam probandi modo. Duplex autem Conse-  
ctarium hoc membrum habet, primum est, *quod Volun-*  
*tas antecedens ad nullum Gratiae Divinae gradum nisi ad e-*  
*um, quem Gratiam prævenientem vocamus, sit referenda.*  
Examinanti enim *Præparantem* DEI gratiam, talis ipsi-  
us conceptus observabitur, quem tantum abest, ut  
absque intuitu circumstantiarum applicet DEUS, quin  
potius conditionem ejusdem esse velit Admisionem  
verbi oblati, absque qua Homini verbum evadit Odor  
mortis ad mortem 2. Cor. II. 16. hinc contemnentes  
Evangelii Prædicationem Judæos Petrus deserit, de-  
clinando eandem ad Gentiles (Act. XV.) nec enim  
potest quemquam arripere peccatorum suorum co-  
gnitio spiritualis tristitiaq; secundum DEUM 2. Cor.  
VII. nisi cui Lex in gratia præveniente dixerit, se  
esse sub anathemate Legis Gal. III. 13. Neminem Ra-  
tio convincit de Amore DEI miserenti in CHRISTO  
JESU, nisi cui Verbum יְהִי־בָּם dixerit: Sic DEUS dile-  
xit Mundum &c. Joh. III. Quicquid hic nobis oggan-  
niat Celebre illud Naturalistarum Par, *Job. Bodinus,*  
*de abditis rerum sublimium arcanis* (ubi in Dialogo intro-  
ducit quendam ex singulis religionibus disputantem  
palmarum tandem omnibus eripiente *Diego Toralba.*) &  
*Eduard. Herbert de Cherbury.* in Libr. de veritate, prout ea  
distinguitur à revelatione verosimili, possibili & falso, ac in  
libr. de Religione Gentilium pag. 195. & 197. vid. Joh.  
*Micraelius in Hist. Eccles.* p. m. 2223. sqq. & *Ad. Tribbe-*  
*chov. in Histor. Naturalismi* c. X. ubi in specie agit de  
*Franc. Puccio Thom. Campanella, Eduardo, Bar. Herberio ac*  
*Thom. Hobbesio conf. omnino L. Job. Dieckmann, de Natu-*  
*ralis-*

ralisimo tum aliorum, tum præcipue Ioh. Bodini. Quibus  
 quam obstet illud Rom. VII. 7. vid. apud Osiandr. ad  
 Grot. de J. B. & P. Idem vero quod haec-  
 nus præparantis, operantis simul cooperantisque in-  
 fert examen, præsupponens & Illuminationem ex  
 verbo completiorem ac Spiritualem, quæ tristitiam o-  
 peretur ac Dolorem peccatorum, Desideriumque  
 applicationis Gratiaæ DEI miserantis, hinc offerens  
 Christus præparantem insequentes Gratiaæ Divinæ  
 gradus, Venite, inquit, ad me omnes ὁ κοινωνεῖς καὶ  
 πεφεύγεις μένοι, præsupponens objecta miserabilia sub a-  
 gnitione peccatorum gnaviter laborantia ac fudan-  
 tia Matth. XI. 28. Quam conditionem beneficam  
 DEI Misericordiam præsupponere Esaias de invita-  
 toriis hisce vaticinatus, explicat, οὐκ οὐπισθας per  
 εἶνας declarans: Euge, omnes fitientes venite  
 ad Aquas! Es. LV, 1. Unica itaque restat præveniens  
 Gratia titulū sibi absolute universalis (præter ultimū  
 gradum) Benevolentia vindicans. Quid enim  
 quælo circumstantia est, cui Summum Numen plu-  
 vias, cui cibationem, cui Delectationem sensuum, cui  
 temperamentorum ingenerationem, cui denique  
 Gubernationem totius Naturæ beneficam alliget?  
 Nonne unicum illud εἶνας, quod adeo deprædicat Da-  
 vid in Conservatione ac Gubernatione DEI. Pl.  
 CXLV. 16. Huc quomodo respexerit Platonica DEL  
 Pulchritudo ex Alcinoi cap. X. De Doctr. Platon. prolixius  
 explicantem vid. Dyony. Petav. Theol. Dogm. L. VI.  
 cap. 8. Quid conditionis est, cui præparationem il-  
 lam Rationis nostræ, qua conscientia Creatoris ac Mo-  
 toris sui esse potest, alligaverit? Cum omne, quicquid  
 sumus, sumus ex DEI gratia, cuius res est Ratio. Ter-  
 tullian. de Pœnit cap. I. conf. August. de sermon. Domini  
 in

(41)

in mont. L. II. c. 15. Quid denique conditionis est,  
cui Oblationem verbi universalem alligaverit?  
Cum DEUS annunciarerit ( h. e. annunciare jus-  
serit, juxta Idict. ubi verba in Kal Signif. 78 Hiphil  
habent. cf. Joh. XIX. 1. ) Hominibus omnibus & u-  
bique, ut evangelice pœnitentiam agerent, Actor.  
XVII, 30. Alterum Consecrarii membrum est, quod  
ad solam antecedentem Voluntatem Gratia præveniens per-  
tineat, non ad Consequentem. Quod eodem argumen-  
tandi modo facile ex superiori Consecrarii membro  
fuit, quia enim Voluntatem antecedentem ad so-  
lam prævenientem Gratiam h. e. absolutam nullas-  
que respicientem circumstantias pertinere decla-  
ravimus, non potest Voluntas consequens ad ean-  
dem pertinere, propter Fundamentum, quo pertinet  
ad priorem, sc. absentiam circumstantiarum. Quod  
utrumque membrum tot probari posset argumen-  
tis in artificialibus, quot verbis Nostrates Theologi  
gradus prævenientem gratiam sequentes ex admis-  
sis prioribus suspensas esse prædicant, quod hac  
vice allegationibus saltem quorundam, quia spatio  
destituor, efficiam. vid. Aegid. Strauch. in Brev. Theol.  
Loc. XI. Def. 870. Theod. Hackspan. in Distinct. & Divis.  
P. m. 204. Hülsem. in Man. Aug. Conf. p. 128. conf. omni-  
no laudatum saepius Tr. D. Fechii de Ordine modoque Gra-  
tie Divine. Aphor. IX. pag. 20. vide insuper ipsam  
Scripturam S. rei testem. Matth. XXV, 29.

### CONSECT. II.

#### §. I.

**P**Lane ex his, quæ haec tenus differui, probabile e- Voluntas Dei  
vadit, cum Antecedens DEI Voluntas applica- antecedens  
ri saltem posit, ad primum omnium Gratiarum in primo sen-  
tu quo no-  
Divi- tat efficaci-

F

am est inæ qualis. Divinarum gradum, juxta Conseſt. I. Gratiam DEI, juxta antecedentem voluntatē esse inæqualem, illa inæqualitatis notione, quam supra c. I. Def. IV. explicavi. „Qua quidem hypothetū hic nolim videri infida „Lutheranorum proles, cum nec analogia fidei, nec „consolationibus Theologicis, periculi quid miner, „nec, quod præcipue hīc mihi sumo, statuam quid a „podiciticē sed saltem considerandum cuique Conſci- „entioso ac Cordato præbeam: Num-ne in Ecclesiis „Problema sit habenda Quæſtio: An Gratia DEI jux- „ta Voluntatem ejus antecedentem sit æqualis? Quam „Quæſtionem problematice proponendam, negandam „probabiliter nunc mihi sumam.

§. 2. Ubi vero omnis & obscuritatis & quæ hu-  
jus mater est, Æquivocationis evitandæ gratia, Sta-  
tum controversiæ problematicæ ita formare liceat,  
ut Problema hoc extendi nolim ad Inæquali-  
tatem, cuius termini oppositi sint Sufficientia & In-  
sufficientia, cum utique plane eō abripi me non pati-  
ar, ut Voluntatem illam, quæ Hominum Salutem se-  
riō appetit, sufficientia media ubique non constituis-  
se putem, omnibusque æqualissime eadem QUÆ SUFFI-  
CIENTIAM non offerre serio, quin nihil superesse pla-  
ne sum conviētus, quod Vineæ suæ DEUS non fece-  
rit, Ef. V. comm. 4. quod cum Veneratione humili-  
ma ac Gloria Misericordiæ ejus absolutissimæ quæ-  
renti DEO concedere oportet. Sed statum contro-  
versiæ hunc esse volo: An Voluntas DEI antece-  
dens, omnibus eandem sufficientissimæ Gratiæ men-  
suram impertiat, adeo ut suprà quam sat & suffici-  
ens est, nemini contingat quicquam; An vero suffi-  
cientissimam suam Gratiam ita disperiat, ut huic  
sufficientiæ contingat minor, illi major, isti maxi-  
mus

mus omnium gradus, nomine tamen, de quo queratur, habente? Quo pacto constitutum Problema, probabile saltem videtur, debere quā partem postiorem affirmari.

§. 3. Cujus rei argumentum omnium primum id saltim facit, quod Logicis in inquirendis judiciis affirmativis incumbit, inquirere scil. an Subjectum aliquid habeat, quod destruat Ideam Prædicati, vel vice versa. Quod tantum abest hīc inveniam, ut potius omnium attributorum in DEO conceputus, id quod volo, insinuare videantur, quod clarius constabit, postquam sollicitus fvero de illis Attributis, quibus quam maxime id quod probabile ducimus, obstare videri poterat. Quorum primas tenet 2) Iustitia DEI essentialis, quæ objecta in eadem conditione constituta eodem modo afficit, tum identitate Legum, tum identitate favoris ac virium implendi Leges, hinc *Nazianzenus Defin. vers. 59.*

*Διαιστούν δὲ μὴ πλέον ζητεῖν ἔχειν,  
τῆς δὲ ἵπότητος ἐνθαστις οὐτὶ ἀδίκα.*

Ubi vero ante omnia de Justitiæ Divinæ notione quædam agenda, & deinceps applicanda ad Quæstionem. Nunc enim concipitur Justitia ut virtus Universalis, tuncque idem est, quod Bonitas, Sanctitas & Puritas DEI. Nunc ut virtus particularis, quæ definitur per jus, futum cuique tribuens. Estque vel in Di&tis, vel in factis. Illa est, cum oratio astensem Auditorum requirens, & animo ipsius, & rectæ Rationi & rei consentanea est, adeo, ut in mandatis sit æquitas; qua ratione in Hebraica, Syriaca & Arabica Lingva συνανύμενος usurpantur, Justitia, fides & Veritas. vid. *Gisb. Voëtius in desperata Causa Papatus.* Justitia in factis est, vel distributiva, vel commutativa.

Argt. 1)  
Quia nulli  
attributo Dei  
repugnat.

nec  
Justitiæ

tiva. Hæc est, quæ in commerciis commutationibusque observatur, tenetque proportionem arithmeticam. Illa est, quæ jus suum cuique tribuit. vid. Arijt. L. V. Eth. c. 2. it. Carl. Franc. D' Abra De Raonis in Summa Phil. &c. Pro Bonitate in genere Justitiae notio ideo h. l. sumi neqnit, quia ceteris quæ in Deo sunt, attributis contradistinguitur. Sumatur ergo oportet pro particulari in DEO virtute, non in Dictis, quia de Revelationis æquitate hic non disputatur; sed in factis, ubi commutativa DEUM inter & Creaturas locum non habet. Thom. I. qu. 21. a. 1. sed saltem aliquo modo distributiva, quæ dum concipiatur ut Virtus in DEO jus suum cuique tribuens, quis est, qui aliter statuat, quam cuique jus suum, quod ex Misericordia DEI ipſi debetur, fieri, dum contingit Sufficientia? ad quam præstandam jure foederis DEUS obligatur tantum, quicquid ultra est, ad superabundantes Gratiae ipsius Divitias est referendum. Tenendum etenim, post Executionem illam illustrem Justitiae DEI punitivæ propter Lapsum, nullam intercessisse DEUM inter & Hominem Relationem, nisi qualis intercedit Judicem ratum, ac Maleficum miserè puniendum. Postquam vero Misericordia DEI propter æternam cum Justitia harmoniam statueret de reconciliacionis & per consequens Salutis aliquo medio, Satisfactione sc. Messiae, cuius per fidem assumptio esset novæ Redunctionis conditio. Joh. XIV, 23. simul tacite pollicita est vires ad hanc Gratiam redeundi sufficientes, cum enim Abraham promissio fieret dicit חילו: In Semine Tuo הַבָּבֶל (quod quidem in sensu reciproco esset explicandum, at scimus Verbum Hithpaël sustinere Significationem passivam.

vid.

vid. *Sel. Glass. Phil. S. L. III. Tr. III. Can. XXIX.*) bene dicentur omnes Gentes. Genes. XXII, 18. Atque hoc est illud momentum ad quod DEUS absolute, respectu omnium Hominum obligatur, vocaturque catachresticè jus Hominis, adeo ut cum dicitur, Iustitiam esse virtutem in DEO jus suum cuique tribuendi, vox nihil aliud innuat, quam ex hoc pacto exsurgentem novam relationem, qua DEUS nunc refertur ad Hominem. Quicunque vero ex hoc DEI attributo in materia de Salute Hominis aeterna argumentatur, pauci hujus momentum jamjam expositum ne transcendat, nisi DEUM ad id, cui pro Liberrimo suo dominio non obligatur, velit obstringere.

Dicis, Ad minimum parum videri β) Sapientiae Divinae convenienter statui, Inaequalitatem Voluntatis DEI antecedentis, ubi in Objectis, quibus contingit, nulla diversitatis appareat ratio, cum Sapientiae sit, actionum suarum habere causam. Etenim Sapientia juxta Zabarell. de Nat. Log. L. I. c. 7. aliosque, Scientia simul cum intellectu, h. e. cum habitu principiorum, ex quibus elicantur Conclusionses. Sapienter itaque agere, est ex certis principiis h. e. causis actionem elicere. Quo respexit Pythagoras, quando nomen haec tenus familiare τῆς Σοφίας in φιλοσοφίας commutaturus, DEUM à Sapientiae attributo ita describit: ὃς ἐν αὐτῇ ἀνθρώπῳ Φυγῆς απηγμάτων, (pro ἀπηγμάτων.) apud Diog. Laert. de Vitis Philosophorum in Proem. Cui Sapientiae explicacioni suam haud abjudicans accusationem, dupliciter saltem eandem explicari posse contendeo, vel ut ratio sit in objecto, sic v. g. Sapiens omnem à Visione Cometae metum ac Conternationem exulare jubet, (vid. Andr. Libavii Declamatio de Cometa anni 1604. apud

nec  
Sapientiae

Gisb.

vid.

F 3

*Gisb. Voët. in Diffp. select. P. V.*) quia objectum nullam timendi aut horrendi causam habet. Vel, ut causam in ipso subiecto Sapiente queras, sic v. g. haud inconvenienter aliquando Sapiens sibi agit, quando Dolori paullo acrius indulget, non quasi in objecto dolorifico aliquid sit, quod dolori usum persuadeat; sed quod in ipso doloris affectu qui intra mentem est h. e. in ipsa anima, quidam hæret jucundior sensus, quem dolor alit, mulcet ac titillat. Eadem ratione non tantum congruum Sapientiae Divinæ evadit, causam actionis habere in objecto, sed vindicabitur satis, si, qua forte objectum caret, ipsa causam complebat. Quamnam, inquires? Domesticanam sane DEO ac ingenitam, quæ unâ proles est æterna omnisciæ ejus essentia. Certe enim infelix est, nec satis cauta de DEO disputatio, quæ de Attributis ejus disquirens ex singulorum saltem conceptu abstracto vult erudiri nec harmoniam consuens, nec in simplici Essentia singulorum collaborationem. Cum enim non magis Ens sit sapientissimum, quam est liberrimum, ita moderanda est ejus Sapientia, ut ne quid Libertati demat, ita Libertas, ut ne quid noceat Sapientia. Hoc pacto quædam aget, quorum causam non adsequemur, nisi quia est Ens liberrimum; quædam aget, quorum Libertatem non venerabimur, nisi quia est Sapientissimum. En Tibi hujus à posteriori in ipsa præveniente Gratia exemplum! Certe, quid queras in Homine abjecto à facie DEI, nihilque quod Gratia hæc dignum sit habente? Et quid dedit Homo DEO antea, quod ipsi per Gratiam DEI sit restituendum? querit Paulus, Rom. XI, 35.

nec  
Benignitati

Nec verodeniq; y Benignitatis conceptus aliquid habet,

bet, quod huic de Inæquilitate hypothesi contradicat. Servatur etenim sufficientia, superatur abundantia, cæteroquin arctioribus à Platone inclusa limitibus, descripturus quippe Τὸν διαθότητα Numinis, Αγαθὸς γὰρ, τὴν Φύσην, inquit, ὁ θεὸς. Αγαθῷ δὲ φίλοι περὶ φίλους φίλεποι εὐγένεια φθόνος. vid. Hierocles. En, quam arcte comprimat Philosophus Benignitatis Divinæ conceptum! Quem multis parasangis superat Sufficientia Gratiae Divinæ omnibus suppeditata, quod ipsum genuinum ac vere proprium esse Benignitati Divinæ Psaltes declarat, quando post præsuppositum, טוב יתּהֵר DEUM sincere ac vere benignum esse, per Idiotismum duorum Adjectivorum, concludit: על פְּנֵי יְהֹוָה Pf. XXV, 8. quæ Consequentia satis vindicat in ipsa inæqualitate Bonitatem Divinam; Nec est, quod propter abundantioris Gratiae defecatum torvis benignissimum Creatorem oculis aspiriamus, Matth. XX, 15. cum nimium jam sit, quando facit, quod debet, si non vult, quod potest.

§. 4. Cum vero argumenta à Convenientia, sive potius à non-inconvenientia cum attributis rei desumpta ultimum probabilitatis locum Logicis occupent, eo quod ex Ideis negativis affirmativæ deducuntur, positiva huic, quod καὶ ἀρσενικόν erat, subjungere liceat, quorum primo loco collocandum, quod ex Providentia Divina desumitur oeconomia. Clarum enim illud, ac omnibus Seculis, quot quidem illorum repetere datur, comprobatum traditur, non nullis unica μαρτυρίαις, χρηστήσεος ac αὐχῆς Divinæ opera objici, quibus præventi ad quærendum DEUM sufficientissime excitantur Act. XIV, & XVII, 24. Dum alios sive clarior de verbo veritatis fama, sive commodior ejusdem propositio invitat. Ut tri-

Arg. 2.)

A

Revelationis  
Inæqualita-  
te.

Crisque eo reatu imminentे, ut sint αγαπόλο  
 γντοι Rom. I, 20. Omnibus tamen, inquis, verbum  
 veritatis revelatum fuit, cum Evangelii Doctrina  
 prædicata dicatu omni Creaturæ Coloss. I, 23 Quod  
 quidem facile cuique largior, sed saltem cum Di-  
 stinctione inter famam revelationis & Prædicatio-  
 nem ejusdem, quorum prior omnibus sane contingit  
 Creaturis rationabilibus, tantis cum circumstantis  
 munita, tum ratione ipsius famæ, tum ratione Re-  
 cipientium, ut possent sane, nî negligerent &  
 Prædicationis fieri participes, Exemplo illius Came-  
 rarii Act. VIII, 28. sqq. Quando vero contra Iezo-  
 rum, strenuum illum particularis revelationis Defen-  
 forem Nostrates agunt, Vocationem per Verbum es-  
 se universalem dicunt, quoad DEUM mandantem &  
 offerentem, fieri autem particularem Hominum  
 culpa. vid. Job. Gerhard. in Locis Theolog. Tom. II. Loc.  
 X. p. m. 178. sqq. conf. Chriſt. Matthiaſ System. Theol. Loc.  
 XXI. aliosque. Ex quibus manifestum hâc vice e-  
 vadit, consentientibus Theologis Nostratibus, Præ-  
 dicationem verbi olim saltem factam esse univer-  
 saliter, adeo, ut ubi Pes Apostolorum non pervenerit,  
 pervenerit tamen Epistola. vid. Scherzer, in System. The-  
 ol. Loc. X. §. VI. p. 284. Sollicitis autem de parti-  
 cularis verbi prædicationis, s obscurioris famæ cau-  
 fa, respondent Theologi, in Culpâ esse Parentes pe-  
 dibusque manibusque abigentes verbi revelationem.  
 Sic v. g. primam revelationem in Adamo factam in-  
 termisam fuisse in Generatione Caini, cum Exiisse  
 dicitur בְּלֹא בְּלֹא h. e. se segregaverit à Cœtu San-  
 ctorum. Ita וַיָּצָא קִין בְּהַכְנֵעַ כְּזֹבֶב רַעַת  
 Et exiuit Cain in pudore (juxta B. Scherz' in Trifol. Oriental. ad h. l.) quid si redderem :  
 Cum

Cum mercede, sicut Fur Scientiæ DEI. Cujus fortè sensus esse potest, Posteris suis suffuratum esse eandem, relinquendo scil. Ecclesiam ac Cœtum DEI. Sic enim explicat hanc locutionem idem R. Salomon Jarchi ad Jon. i, 3. אָבוֹרְחַלִי אֱלֹהִים שָׁאֵן שְׂכִינָה : שְׂוּרָה בְּהַרְוחָה לְאָרֶץ Fugiam ad mare, quia Majestas DEI non habitat extra terram (Israëlitarum scil.) Conf. R. D. Kimchi ad b. l. apud quem Rabbini ita: כי אמר אין שכינה שורה בחוץ הארץ Quia dixit non habitat Majestas extra terram (Israëlitarum). Alteram revelationem per Noachum justitiæ illum Prædicatorem factam, intermissam esse à Babylonicæ Turris Autoribus, quod Idololatriæ quam maxima argumenta faciant, teste Targum Hierosolymitano. Gen. XI. vid. B. Rappolt in Opp. Theol. in Art. Visit. Art. IV. Sect. I. p. 1092. &c. Scherz. l. c. it. in Enucleat. Breviarii Hülsem. Dannh. in Hodosoph. S. &c. Hackspan. in Distinct. & Division. aliquosque. Obstare tamen huic NB videtur (nolim enim, nec in levioribus quidem refractarius videri illi Doctrinæ, cui sum innutritus) illud Spiritus S. quod ceu ex Corpore Juris coelestis desumptum habetur Ezech. XVIII, 20. *Filius non portabit iniuriam Patris sui, sed que anima peccat.* (חיה המתו) Illa ipsa moriatur. Quod prævidentes quidam, dubio de Gentilium Vocatione satisfacere conantur, urgendo Obligationem Gentilium ex Lumine Naturæ, quam eo usque extendunt, ut singuli Homines teneantur in suam religionem inquirere. Gustav. Philipp. Mörl. in Vindic. Doctrinæ Luther. de Grat. Prædib. contr. Dn. de Vallons, Disp. III. cap. II. pag. 121. sq. Provocant simul ad Celebritatem Ecclesiæ Judaicæ & Christianæ. Primo autem adeo hoc concedo, ut etiam cum Celeberr. Hülsemanno bene utentibus Gratia illâ primâ DEUM Prædicatione

G

Ver-

Verbi obvenire variis modis statuam. Sic enim ille  
in Libr. de Auxil. Grat. pag. 167. Nemo media Salutis  
adhibet, nisi is, cui DEUS illa actu proximo obtulerit. I-  
deoque quamvis verum sit, DEUM omnibus Hominibus  
tantum reliquisse Luminis, quo possint uti, ad inquirenda  
media informantia de vera religione, nemo tamen media  
illa invenit, nisi cui DEUS obviam procedendo, ea prior  
obtulerit, (non enim est volentis neque currentis, sed DEI  
misericordis) & nisi DEUS quasi aliud agentem prædicatio-  
ne verbi præveniat, quomodo Saulum asinas Patris sui qua-  
rentem in regnum unxit. Invenitur DEUS à non qua-  
rentibus, conspicuus fit illis, qui de ipso non interrogabant.  
Id circa necesse, & ex ordinatione DEI immutabile est, ut  
quicunque actu convertendi sunt, ii vel in communionem rei  
publ. Christianæ pertrahantur, vel prædicantium missione  
præveniantur, juxta communem aphorismum. Rom. X. 17.  
Sed secundò urgeo hic ignorationem Elenchi, nec e-  
nīm nunc Universalitatem revelationis verbi nec Suf-  
ficiētiam universalis Gratiæ impugno, sed saltem Ä-  
qualitatem. Cui rursus obvians B. Matthias in System. The-  
ol. l. c. Obj. 3. omnem Inäqualitatem ad Voluntatēm  
Consequentem referre videtur, ad locum Ezech.  
XVIII, 20. excipiens, cum Limitatione hæc esse intelli-  
genda: Non portabit Iniquitatem Patris, nisi & ipse pec-  
cat, quod insinuetur vers. 14. Jam vero Posteros Judæorum  
& aliarum Gentium extra Ecclesiam viventium nontantum  
Parentum, sed etiam propria Culpa Evangelio (h. e. præ-  
dicatione) & Sacramentis esse privatos. At vero, quid  
quæso fecerunt, quid atrocitatis commiserunt poste-  
rioris avi Gentiles, quibus non nisi obscurior con-  
tingebat Evangelii l. Legis fama, nec nisi per tran-  
sennam aut telescopium eminùs repræsentata? An dices in Majoribus illos peccasse? Et peccabis  
ipse contra adductum ex Ezechiele locum. Ipsos,  
in-

inquieres, peccasse? Respondeo, peccatum hoc non  
culpæ, sed pœnæ malum foret, cum præsupponantur  
tanquam semper destituti Prædicatione verbi, quæ  
tamen Patribus contigerat, fueratque norma in  
quam peccaverant. Causa itaque reddatur, cur hæc  
norma illis adempta, apud quos tamen propter Patres  
tantum puniendos præsupponatur ad minimum exti-  
tisse ante peccatum? vid. Ezech. XVIII. 17. Prævidis-  
se pergis, DEUM revelationem esse rejecturos. At  
vero, si hoc: Cur illis, qui Philippide erant mani-  
bus pedibusque rejicientes verbum, cur illis, qui  
Ephesi, contra Apostolos Domini rebellantes, Evan-  
gelium annuntiatum est? Quid, quod plane contra-  
rium de Gentilibus constat. Certe enim, quām in  
genere procliviores multo Gentiles fuerint ad co-  
gnitionem DEI veram, ejusque cultum genuinum  
perveniendi, quām Judæi ex totâ Apostolorum &  
Ecclesiæ recentioris Historiâ constat. Conf. Act.  
XIV, 18. & cap. XVII, 11. Quid præterea de illis  
fiet, qui contermini in V. T. Judæis, in N. T. Chri-  
stianis ipsorum dogmata clarius, ipsorum ritus πρὸς  
σῶα intuentur? Anne hi præ procul absentibus nec  
in Patribus, nec per se, nec rejectione verbi pec-  
carunt? Aut absoluto quodam Voluntatis antece-  
dentis beneplacito abundantius vocantur? Si illud,  
ratio rei demonstretur; Si hoc, habeo quod vo-  
lo. Quid de illis fiet, qui inter Gentiles melancho-  
lici aut talius conditionis, quæ inclusos ac separatos  
à Cœtu suos tenere solet, domi semper residebant  
omni cum Judæis, aut peregrinis, aut peregrinato-  
ribus conversatione carebant? nonne plane ut vide-  
tur, latens DEOque soli cognita res est quæ talibus  
illam demit, quam sociabiliores (ut ita loquar) ha-  
bent

bent prærogativam, quales sunt Mercatores, aliique, quibus quotidie tot famarum, tot relationum, tot circumstantiarum obtingit, ut, si cum priori hujus cognitionem conferas, illum nihil plane scire dixeris? Miserum sane, qui vitam testudineam agens, nunquam tugurium deserit, si alloquaris instar testudinis tactum fugit, si premas, excites, confabuletur tecum, de angulo Cochlear certamen movet! Quid de iis tandem fiet, quibus ferventior ocyorque est Sangvinis fluxus, quicquid obscurum est, non sollicitant, difficultatem oderunt, nihil ē re sua putantes, nisi quod præsens, non Intellectum magis, quam sensus alloquitur? Quid de iis fiet, quibus peculiariis Apostolorum Informatio vel ore, vel per literas contigit? Quid causæ erat, cur Hierosolymitanis & frequentior & perennis Apostolorum datur præsentia, dum aliis locis vel parcior vel nulla obtingeret? Inquieris: Quia Urbs DEI erat Hierosolyma, populo ejus repleta, sacrissimata. At vero, idem hoc est, cuius causam velle. Quia ipsis, perges, DEUS destinaverat Messiam mundi crucifixionem, propter quam vehementius deinceps iterum erant vocandi, ut compensaret DEUS, quod mali Consilii Divini necessitas ipsis adjudicaverat. Si hoc, quid impedit, quo minus malitiæ gradus, mensura evadat gradus Gratiae vocantis. Regeris: Non propter gradum malitiæ, sed quia absoluto DEI consilio destinati erant, qui malitiam in Christum patrando Saluti Humanæ locum facerent, quod Paulus exprimit: *Quia Lapsus eorum causa esse debebat Resurrectionis Mundi.* Rom. XI. 11. sq. Hæc vero Exceptio minus fieri potest à Protestantium quodam, quibus non prædestinasse illos Judæos ad inter-

terficiendum Messiam DEUS dicitur, sed prævidisse  
 faltem, tantæ malitiaæ tunc temporis futuros esse  
 Judæos, ut sint impleturi (*πληρωσατε*, quod verbum  
 tantum abest, ut hoc malitiaæ decretum juvet, quin  
 potius Idiotismum sapere mihi videatur quo verba  
 Imperativi rei eventum denotant. vid. *Gloss. Phil. S.*  
*L. III. Tr. III. Can. XLIII.* cuius Observationis simul  
 fundatum deducere vellem ex Indole Hebraicæ,  
 ubi Imperativum basin esse dicimus Futuri, quod  
 in Grammat. observare solemus.) mensuram Patrum  
 suorum. Residet præterea scrupulus in eo, cur si-  
 mul hic Gratiaæ vocantis gradus eos offenderit, qui  
 tum temporis aliasque vel ex Gentilibus, vel exte-  
 ris Judæis Hierosolymis commorabantur? An &  
 hi participes Crucifixionis fuere? Id quidem mi-  
 nus. Potius obstarunt, ut Pilatus, Matth. XXVII,  
 24. & Uxor ejus, comm. 19. & multi citra dubium  
 נִמְלָא בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, nihil in septem Præceptis suis, cu-  
 jus Jesum accusare poterant, habentes; Multi insu-  
 per quibus ad tempus faltem à Judæis  
 quædam regulæ erant præscriptæ, citra dubium Ma-  
 gistratum ac fidei suæ solum, Pilatum fecuti. Hoc  
 argumentum, quantum valeat ad dubia, quæ hanc  
 materiam attinent, apud genuinos etiam aliæ Luthe-  
 ranos promovenda, illi faltem præcipue experien-  
 tur, qui statum humanum respectu religionum invi-  
 cem conferunt. Certe enim adeo nostris hypothe-  
 sis, aliquando etiam præjudiciis strenue indormi-  
 mus, ut, licet aliarum religionum famâ tangamur,  
 sive obscurior illa sit, sive subclara, stertamus ta-  
 men, vel minus solliciti, utrum forte illarum quæ-  
 dam genuitate ac fundamentorum firmitate nostram  
 præstet, nec ne; vel, si aliquando stimulum senti-  
 mus,

mus, sumptibus & operæ addiscendæ Lingvæ parcamus, sæpe itineri, sæpe colloquiis, aliisque non adeo obviis. Quid itaque de nobis fieret, si Religio nostra suis destituerefur fundamentis? De iis præcipue, qui vel Rabbinica, vel Turcica, vel Persica, vel Æthiopica addiscendi mediis deferuntur? An eundem illis cum Eruditioribus obtингere Gratiae gradum fingeres? ne sic quidem; sed venerandum esset unicum DEI beneplacitum. Eodem modo Turcarum, Sinensium, aliorumque res se habent, quibus aliqua religionis Christianæ fama allata, at obscurior, tenebrosa, quam alii mediis haut satis instru&ti venari non adeò excitantur, alii excitantur circumstantiis, occasionibusque variis. At abrumpenda meditatio, cum ulterius habeam,

Argt. 3.

a

Revelationis  
Diversitate  
in V. & N. T.

S. 5. Secundo loco mihi esto diversitas, quam in modo revelandi habet V. & N. T. Quod argumentum ita cum priori colligatur, ut istius probabilitas ex eo stabiliatur, quod & in ipsa Revelatione siue Prædicatione quidam sint modi, quorum ratio inter illos ipos distingvat, quibus tamen ipsa præ ceteris clarior revelatio cœlitus est destinata. Quam Claritatis utriusque differentiam præclare Paulus insinuat, quando nos omnes in N. T. ἀνακαλυψεῖς προσώπῳ Τὴν δοξαν τὴν κυρίαν intueri inquit. 2. Cor. III. 18. quod comma citra dubium comm. præcedenti 7. ita respondet, ut τὸ πατέριζεθαι πενταύμενω προσώπῳ, opponatur τῷ, ων δίναδη ἀτείσου εἰς τὸ πρόσωπον Ματέν, quod dum nisi Socinianizans non facile negabit, otiumque mihi faciat communis omnium Theologorum hypothesis, saltem in id inquiram oportet, an Diversitatis hujus forte in Objectis, aut in Oeconomia Divinae Administratione occurrat ratio. Si occurrit,

Diver-

Diversitatem sibi vindicabit, Voluntas Consequens; si non; habebo, quod volo. *Prima* autem tractatio, dum diversitatis causam in Objectorum ratione quaerit, in V. T. periodo non proponit nisi Populum Israël unā cum Patriarchis. Communis vero est, & Rationi & Revelationi consona admodum traditio, pubescente illa Juniorique mundi aetate, multò adhuc vivaciora extitisse in Patriarchis Imaginis Divinæ rudera, adeo ut Intellectum puriorem multo, defactiorem phantasiis, intelligibilibus completiorem, Voluntatem propterea sanctiorem Posteris habuerint. Quæ opinio quibusdam nescio quid præjudicii ingenuit, quasi Abrahamus Codicem quendam supernam Sapientiam complectentem à Raziele partem traditum reliquerit. vid. *Gregor. Michael in Gafarell.* p. 488. ex *Kirchero & Libavio.* Nescio, an hoc referre debeam Sethi Columnas, lapideam alteram, alteram lateritiam; (vid. *Joseph. in Antiqu.* L. I. c. 3. conf. *Salmutb. ad Panciroll.* L. II. tit. 23. &c. *Stillingfleet in Origin. subi has cum Mercurii illis confundi observat.*) Abrahami, Librū de XII. Patriarcharum testamento, cuius meminit *Philo. à Job. Rittangelo* in Latinum versum. conf. *Galatin de arcan. Cathol. Verit.* L. VII. c. 1. Henochi item Prophetiam, de qua *Tertullianus, Irenaeus, Cyprianus, Clemens Alexandr.* aliquę PP. egerunt, conf. *August. de Civit. DEI* L. XV, c. 23. *Drusum in Henoch.* cap. IX, XI. XVIII. XIV. *Camerar. in Hor. subcif. & Gvil. Salden. in Otiis Theol.* L. I. Exc. I. Quo pacto dicendum, DEUM in revelanda Voluntate sua temperamento ac Conditioni Hominum vegetiori se attemperasse, eaq; tectius proposuisse illis, quibus Intellectus non nisi tectioribus ac profundioribus penetrans accommodatus erat. Hoc autem omne, ipsa illo-

illorum hypothesis destruit, qui inter Judæos Kabballistæ audiunt, ipsaque Judæorum sequentium ratio. Primi, Excellentiam Rationis Patriarcharum non tribuendam fuisse statuunt, naturalibus eorundem viribus, sed singulis ab Adamo usque ad Mosen Præceptorem fuisse Angelum quendam ipsis *idem v. g. Adamo Razielem, Semo Jethielem, Abrahamo Zedechielem, Isaaco Raphaëlem, Jacobo Pelielem, Josepho Gabrielem, Moysi Metatlonem, Eliæ Malusbielem.* conf. *Salden. l. c.* Quid tum? inquires. Hic Angelus singulos poterat tenebrosum DEI Legem erudire. Fateor, sed quid ceteris fiet, partim temporibus Patriarcharum, non Patriarchis, partim post Fata eorum Mosisque hoc Angelo destitutis? Muniti erant, inquires, Kabbala. Recte. Atque adeo alterum meum provocas argumentum, Judæorum scilicet traditionem. Dicunt *הָבָקָד* DÉUM succurrisse Patribus, quæ duplex eorum Sensu; *prima* fuit *Ιπόνος παιδίας*, qua DEUS à primis Mundi incunabulis ad Legislationem usque utebat, oraliter Patriarchas instituendo; *Altera* fuit, Lex *ἄγραφος* à DEO Moysi in Monte Sinai ad explicandam Legem scriptam tradita, quam postea R. *רֹאשׁ הַקְרָבָה* in unum corpus collectam *מִשְׁנֶה* h. e. *Δευέρωσιν* vocavit. *vid. Hotting. in Thesaur. Philolog. L. I. c. III. S. V.* Sic itaque, quid de traditionibus Judæi tradant, exposito, causam non habuisse Numen obscurioris revelationis in Objectis Judæis scilicet, concludo, eo quod Rationis ac Capacitatis eorum talis erat conditio, quæ utique *מִשְׁלֵךְ* h. e. & orali institutione, & singulari Commentario Diuino opus habebat. Facile autem quæ de Imprudentia totius Populi Israëlitici Numen S. S. apud Esaiam conqueritur huic membro coronidem impo- nunt:

שְׁמַעוּ שְׁמֹעַ וְאֶל תְּבִנָה וְרָאֵי לְפָנֵי אֱלֹהִים  
 (57) *Audiendo audite.* Loquitur de Gloria DEI, quæ Prophetæ manifestata erat in Mysterio Trinitatis, quod dum ceu Evangelista V. T. unâ cum ceteris Legis involucris annunciare Judæis debebat, prædicit Dominus; Populum hæc mysteria non intellecturum. Ita enim Imperat. sumendum, jam supra observavi.) & non intelligite, videndo videte, nec cognoscite. Es. VI. 9.

Nec aliter *Oeconomia Divina* hanc *Revelationem* nisi à posteriori arguit. Certe enim omnium primum quod in *Divinâ Revelationis Oeconomia* Apostolus observat, est, quod πολυμερῶς καὶ πολυζόπως sint locuti sancti DEI Homines, h. e. per partes varias, divisim, nunc h̄ic, nunc alibi Propheta surrexerit, sed non hoc tantum, verum, ingenii se simul accommodarit, Spiritus non Israëlitarum, qui nullo non tempore iidem semper fuere, sed Prophetarum ipsorum, ita ut aliis majestatico & altiori, humiliori ac depressiori aliis stylo sua proponeret, usque dum omnium postremò ἐν ἔχαστων οἰκουμένων h. e. אחרית הַיּוֹם אֲחִירָה veniret Filius DEI, qui erat απαύγασμα Ήν δόξην τῆς πατερὸς, cuius prædicatio non poterat ideo non esse lumenosa, exegistica, clara Ebr. I. 1. conf. Joh. I. 18. Alterum vero quod *Oeconomia Divina* infert, illud est, quod V. T. revelatio Umbra effet illius corporis quod appropinquabat in N. T. Col. II, 17. Quæ duo momenta *Oeconomia* revelationis *Divinæ* esse, specimine suo sacro ostendit (ut arbitror) Paulus in totâ ad Hebræos Epistolâ, cuius totius compendium h̄ic faciendum, si hanc argumenti nostri partem accuratius explanare spatiū, quo includor, concederet. Confer Petri methodum, quâ consilium DEI

interpretatur Act. III, 17. sqq. & 1. Petr. I. 5. 10. sqq.  
nec aliter Paulus nisi à posteriori, in 2. Cor. III. 18.  
ipso scilicet actu hanc decretorum Divinorum Oe-  
conomiam declaraturus, Evangelium vocat Sapientiam DEI Ιην αποκερουμένην, quæ testa fuerit in V. T.  
nec in eo revelandum planius, (en rationem à pos-  
teriori !) quia DEUS illam aeterno ante utramque  
Oeconomiam Decreto (id enim exprimi puto per  
*πρὸ τὸν αἰώναν* conf. Rom. XII, 2. Hebr. I, 2.) destina-  
verat εἰς δόξαν ἡμῶν, ut gloriose nunc Nobis manife-  
staretur, 1. Cor. II. 7. ita ut videre Nos tantum in  
N. T. debeamus Gloriam JESU tanquam Gloriam u-  
nigeniti à Patre. Joh. I, 14.

Argt.4.)

ab

Exemplo I.  
straëlitarum.

§. 6. Cogitanti præterea de Vocazione Israë-  
lis, certe omnis obmutescit ratio. Quis enim quæ-  
so est, qui ut modum, ita & causam Electionis Israë-  
lis præ cæteris Terræ universæ Incolis determi-  
net, qui fruatur mysteriis DEI, qui versetur cum  
Numine, qui ceteros terræ populos extirpans ter-  
ram inhabitet gratis promissam ? Inquieres, quæ-  
rendam esse rationem, in Divinâ Patriarcharum vi-  
ta, quæ tanto excellentia fuerit peracta gradu, ut  
nunc per *הַתְהִלָּה אֶת־יְהוָה בְּמִזְבֵּחַ* Genes. V, 22. nunc per  
Genes. XVII, 1. exprimatur, expref-  
se autem de Noacho Scripturam prædicare, quod  
fuerit *כָּרְחֵת וְמִזְבֵּחַ בְּדִיקָה* Genes. VI. 9. haut obscure  
insinuando, hanc Patriarcharum Sanctitatem in-  
signem, rationem fuisse, cur DEUS Semen illorum  
eligeret in peculium. Cui vero quædam maxime ip-  
sæ Gentium origines ex unâ Familiâ natarum ob-  
stare videntur. Cur enim quædam ex familia Noachi  
electus fuit Semus, Japheto rejecto ? Cur in familia  
Abrahami electus Jacobus, Esavo rejecto ? Non cer-  
te

te propter qualitates vel sanctitatis, vel integratitatis, quæ abundantius hunc tenuerint, alterum minus, cum quod Japhetum attinet, nullo impietatis aut falsitatis indicio notetur, sed in tegendo Patre eodem cum Semo fratre munere fungeretur. Gen. IX. 23, nec Esayus quid habuisse memoratur, quod rejectione fuerit dignum, quin potius ex eo, quod dilectus esset probo Patri suo haud levis nascitur suspicio, & pietate & sinceritate illum fuisse insignem. Forte Primogenitaram respexit DEUS in Electione Semi. At unde probabis Primogenitum fuisse Sche-mum, cum Textus ipse sacer Japhetum **הָגְרוֹל** vocet. Genes. X. 21. Regeris, locum adductum adhuc sub dubio esse, nec enim satis constare, an reddendus sit: Et Schema quoque natum est, Patri omnium Filiorum Eber, Fratri Japhetis majoris? An, Fratri Japhetis majori, cui dubio ipse faveat *R. Schelomo Jar-chi* inquiens, **נְרֵעַ אֶת־הָגְרוֹל נְשָׁתָה**. *Nescio an Japhet (fuerit) major, an Schemus.* Divisionem vero facile Accentuationis Leges suppeditant, quæ cohærere jubent **וְיִתְהַלֵּךְ** cum **הָגְרוֹל**, Sensus itaque erit; *Fratri Japhetis majoris.* Conf. *Seb. Schmid. in Annot. ad Genesin.* Potius (2) obesse exceptioni de Sanctitate Patriarcharum videntur, toties citra cognitam nobis causam neglectæ Patrum primogenituræ, cum tamen juxta Legem tam DEI, quam ordinarium Populi morem, præscriptumque ipsum Rationis, amplissimæ essent Primogenitorum prærogativæ. vid. *Rob. Baillius in Oper. Histor. Chronologico. L. I. c. III. p. m. 15.* conf. *Goodwin Moses & Aaron L. I. c. 1.* Si enim Sanctissima illa Patriarcharum indoles fundamentum aliquod inferre debet Voluntati Divinæ in Electione Populi, nunc quidem non antecedenter h. e. absque omni

circumstantiarum respectu, sed consequenter, h. e.  
 cum respectu quodam agenti, cur non primam potius  
 Patriarcharum virtutem selegit, cui, (ut primum e-  
 rat semen) Sacerdotium semper debebatur, tan-  
 quam DEO sanctificatae. vid. *Burrmanni Wret en Getui-*  
*genisse it. Mom. tripl. oeon. Tom. I. L. 2. cap. 4. §. 2. 3.*  
 & *Tom. II. c. 4. §. 262.* Idque eo magis quo minus  
 ullo refertur vitio fuisse contaminatam? Præcipu-  
 um vero quod dubium circa illustre hoc Vocationis  
 Israëlis exemplum mihi alit illud est, quod extat in  
 insigni Moysis effato, Deut. VII. 6. sq. *Te selegit Je-  
 hova DEUS tuus, ut sis ei populus peculiaris præ omnibus  
 populis, quæ sunt sub universo Cælo.* Non eo quod plures  
 essetis omnibus reliquis populis, amore propendit Jehovah in  
 vos, ac selegit vos; Vos enim eratis Populus paucissimus o-  
 mnium populorum, sed eos, quod diligit Jehovah vos, & eo  
 quod servat Juramentum illud, quod juraverat majoribus  
 vestris &c. Ubi Moyses Populum Israëliticum admone-  
 net, destruat Ethnicorum aras, omniaque Cultum  
 ipsorum concernentia devoveat, cuius rei studium  
 ardoremque excitaturus i) thesin generaliorem ip-  
 sis proponit, quod sint Populus à ceteris cete-  
 rorumque cultu plane separatus, tanquam quos Do-  
 minus sibi segregaverit לְעֵד סָגָה, quæ vox sive  
 segregationem ab alio quodam Possestori denotet,  
 quo fere sensu quintum Prædicabilium suorum Phi-  
 losophi Hebraeorum faciunt סָנוּחַ redduntque LXX.  
 λαὸν περιστον, Populum ab aliis selectum, segregatum, suoque  
 Possestori proprium, juxta Derivat. à πέπιτι. Vid. *Svidas,*  
*Hesych.* sive thesaurum aliquem bene reservatum,  
 quo pacto Eccl. II. 8. סָגָה מִלְכִי à Targum redi-  
 ditur: Thesauri Regum, àque Rabbi-  
 nis explicatur per אֹצֶר אֲחֹב Thesaurum prædile-  
 ctum,

stum, determinat tamen sollicitam quandam rei se-  
lectæ curam. Quod specialius ipsis exponens, rei  
hujus 2) causam esse negat Populi multitudinem,  
quicquid nobis occinat R. Salomo Jarchi in suo ad h. l.  
Commentario inquiens: כפשוּ וְפָרֹשׁוּ רַבִּי שָׁאֵן אֶתְכֶם : מְגִירֵלָן עַצְמֵיכֶם לְשָׁנֵנִי מְשֻׁפֵּעַ לְכַטְּ טַוְרָה לְפִיכְךָ חַשְׁקָה  
בְּכָסֶת כִּי אֶתְכֶם הַמְּעַטִּין הַעֲצָמָם כַּגּוֹן אֶבְרָהָם שָׁאֵלָר וְאֶנְגָּל h. e. Fuxta sensum suum & littera-  
lem & allegoricum. Propterea quod vos non magnificitis  
vosmet ipsis, eo, quod abundantiter (haetenus) vobis affudi  
bonum. Hinc amat vos quia *Vos* illud pauculum. (estis)  
Parvifacientes vosmet ipsis sicut Abraham, qui dixit:  
*Et Ego pulvis &c.* Quis enim quæsto fidejussor est ac  
sponlor, significare ullibi in Codice s. aut apud Rab-  
binos aut Talmudistas verbum רַבִּי vel רַבִּי apud  
Scriptores Chald: רַבִּי aut רַבָּר Jaetantiam ac  
Deprædicationem suorum, & מַעַט mentem humi-  
lem, depressam? Adeoque 3) remoto quicquid forte  
Populo qualitatis assingi poterat, unicum idque ge-  
nuinum Eleætionis hujus fundamentum insinuat,  
in solo amore ac affectu DEI collocandum, quo ju-  
raverit Patribus eorum id, quod propter fidelitatem  
sibi essentialiæ nunc æquè velit servandum. Quæ  
tria momenta etsi satis sincere Textus anatomiam  
fecisse videantur; meditatione tamen nescio quām  
ambiguâ eò abripiebar, ut a) non dici non putarem,  
nullâ extrinsecâ causâ motum S. S. Numen Israë-  
lēm ascivisse, sed b) tantum removeri multitudi-  
nem Populi, quod argumento hoc Populum Israë-  
lēm convincere DEUS ammitebatur, fundamentum  
Victoriarum haetenus obtentarum omnium, non in  
Excellentia roboris Israëlitici situm esse, sed in solâ  
Numinis Providentiâ sibi propter amorem ejus inter-

minabilem faventissimā, qua eō inducerentur, ut promptiores in mandatis DEI exequendis comm. præc. propositis evadant. Quin γ) adeo fluēt uabat meditatio, ut causam ipsam in Textu reperisse mihi viderer extrinsecam, propterquam contigiflet Israëli Providentia DEI eligens ac favens, Excellentiam scilicet probitatis ac Sanctitatis Patrum infecutum Juramentum, comm. 8. Quas tamen nebulas hūc illūc agitatas mox dispellebam, ubi concedebam 1) in remotione causarum non allegari, nisi unicū roboris Populi Israëlitici defēctum. Interim 2) non excludi non posse ceteras simul Israëlitarum qualitates, cum rationabilis admodum sit, & præscriptionibus Logicis haut parūm congruens processus, quo à negatione unius ad illationem alterius non ceditur argumentandi locus. Præcipuè cum 3) expresse & totidem verbis innuat Textus, causam Electionis non extra Deum sed in Deo esse quærēdam, cum unicū nitatur Amore DEI in Populum absolutissimo. Neq; quod hnic obstat, me evitare non posse videor, nisi quod sequens comm. 8. causam expresse referre videtur in Patriarchas, qui adeo vitam pietate transegerint, ut paectum de servando Semine ipsorum DEUS iisdem fecerit juramento obsignatum, ita enim Textus habet: Sed eo quod diligit Iohova vos, & eō, quod seruat juramentum illud, quod juraverat Majoribus vestris, quod mirifice explanares, si ἦ ω (1) in יְהוָה. Significatione in tribueres explanativam, quam sāpius in Codice sustinere, admonere velle, esset vilipendio Lectoris peccare, hinc Sensus foret: Sed eo quod diligit Iehovā vos, nempe quod custodire debet &c. adeo ut Amoris Divini ratio sit ipsa Veritas DEI, quā juramentum Patriarchis semel factū debeat custodi.

dire. Respondeo: Sic dabo quidem, fœdus illud cum Patriarchis factum causam fuisse Electionis Posteriorum, sed, quid causa hujus pæti? Certe ipsa explanativa particula indicat pætum illud fundari in A-MORE DEI. Quid tandem hujus causa? Inquis, revelari eandem in comm. 9. ubi hæc verba, Ut agnoscas, Iehovam DEUM tuum, esse DEUM ipsum DEUM fortissimum, fidelissimum, observantem fœderis sui & benignitatis suæ erga diligentes se, & observantes mandata sua in mille generationes, Observantiam mandatorum immiscent Subjecti recipientis DEI beneficia qualitatibus. Sollicitè itaque observandum est, (4) duplicitis generis argumenta propone Populo Israelitico, ad persvadendam, Evitatem Idololatriæ, primum desumitur à Beneficiis p̄xteritis haçtenus à DEO exhibitis à comm. 6. usque ad 9. Alterum à promissionibus beneficiorum adhuc exhibendorum comm. 9. ac annexis his poenarum minis, 10. Ex quibus sequitur, הַיְהִ reddendum non esse; Et cognovisti, nec: Et cognoscas, ut fere Interpretes omnes, Job. Adam. Osiander, Gerhardus, Junius & Tremellius. &c. sed in futuro: Et cognosces, primo, quod DEUS sit הָאֵל הַאֲלֹהִים, DEUS summus ac fortis, qui omnes Populos destruet corām TE. Secundò, quod sit נָסָר firmus, verax, non mutans sententiam, sed servaturus fœdus, quod fecit cum Patribus, & יְהָרָךְ, quod verbum exprimit vol. χάρειν quæ absque merito, cui opponitur Rom. XI, 6. Talem fuisse illam Seminis Abrahamitici Selectionem, liquet ex eo, quod promissio Saræ facta p̄cesserit fidem Abrahami, quam tandem deinceps secuta est Impletio promissionis, ut meram conditionem, qualis plane non aderat facta ad Abrahamum promissione, hinc fides

fides ipsi λογισθῆναι dicitur ad Justitiam (Rom. IV.)  
 Ut vero ante fidem Abrahamo Promissio facta est ;  
 (quam textus טה vocat ) Ita absque omni extra  
 DEUM causâ. Finge autem, post fidem fuisse fa-  
 ctam, fides saltem tantæ promissionis causa moyens  
 esse non posse videtur, cum alias & Centurioni ea-  
 dem contigisset promissio & Primati Scholæ, Matth.  
 IX, 18. *Vel* exprimit verbum 'hoc id, cui jam præ-  
 cessit beneficium. Sic v. g. dicit DEUS, velle se  
 confirmare בְּרוּת הַנָּאֲמָנָה h. e. illud benefici-  
 um quo jam Davidi semen suum promiserat. Cf. L.  
 V, 3. vid. *Lexic. Cocceji*. Utriusque Applicatio id bel-  
 le promovet, cuius probabilitas me tenet, Custodiens  
 cum dicitur DEUS foedus suum mere gratuitum,  
 ex nullâ causâ meritoria factum. Notior enim est  
 Idiotismus, ubi duorum Substantivorum vel Syno-  
 nymorum vel disparatae Significationis inter se con-  
 junctorum alterum habet Significationem adjecti-  
 vi, quam ut inculcari debeat. vid. *Gloss. in Gr. S.* Tr.  
 I. Can. VI. *Vel* juxta notionem posteriorem, Custo-  
 diens foedus h. e. illam gratiam , quam ex mero be-  
 neficio PP. promisit. Accedit locus probabilitati  
 meæ faventissimus Ezech. XVI. 6. ubi DEUS intro-  
 duceens Populum Israëliticum ceu Puellam , omnia  
 ejus fata Consilio ipsius benignissimo ducta exponit  
 non ab incunabulis, sed ab utero quasi materno, quam  
 fuerit nuda Ecclesia Judaica, quam Sangvine &  
 inquinamentis aspersa, adeoque nullo nec PP. merito  
 clara, cum horum sane artas jam absolvat in al-  
 legoriâ pueritiam, à quâ tantum abest, ut incepert  
 Gratia susceptrix, quin potius vix dum genitam h.  
 e. emersum in Patriarchis cœtulum DEUS alloqui-  
 tur, dicens : In Sangvine tuo vive ! nec minus ca-  
 cibū  
 pax

pax est locus Nehem. IX, 7. 8. qui scrupulis materiam hanc cieat, antequam enim in comm. 8. Abraham <sup>¶</sup> repertus dicitur à DEO, factajam fuerat ipsius Electio in Populum magnū com̄. 7. Si itaq; hæc omnina, quæ differui hactenus, præcipue vero Populi ipsius Israëlitici indolem consideremus, quis est, qui in Quæstione nostra à dubitatione, ac, ut majus quid dicam, à fluctuatione sibi temperet? Certe enim, tantum abest, ut Obsequiositatem in Populo prævisam notes, quin potius post singularissimam quoque DEI gratiam refractarium fese exhibebat, ac insuperabili malitia gradu obstinatum. vid. Ps. XCV, 9, 10, 11. Ps. LXXXI, 12, 13. Ps. CVII, 11, 17. adeò ut eò tandem protervia procederet, ut Prophetas DEI trucidaret, Matt. XXIII. Dominum Gloriarum ceu Summum Prophetam (Deut. XVIII, 18.) crucifigeret. Act. II, 36. c. III. 15. Spiritui S. indefiniter obliuiscaretur, Act. VII, 51. sq JESUM ipsos erudire volentem ac Gallinæ instar pullis fidissimæ congregare, aspernatus fit. Matth. XXIII. Et quod diu plane horrendum, spreverit πᾶσαν Ἰνδιάνον, seque ipsum indignum fecerit Vitâ æternâ Act. XX. 27. coll. cap. XIII, 36.

§. 7. Præter ea, quæ hactenus summa probabilitate adduxisse videor, expendendum est illud incrépationis planè horribilis, quo JESUS O. M. minatus est Chorazim ac Bethsaida: *Væ tibi Chorazim! Væ Tibi Bethsaïda!* quoniam si in Tzor & in Tzaidan editæ fuissent virtutes hæc, quæ editæ fuerunt in vobis, jam olim in sacco, & in Cinere conversæ fuissent. Matth. XI, 21. sq. Certè non aliter prævidere DEUS poterat Chorazæos ac Bethsaitas, nisi tales, quibus frustranea esset futura omnis gratia DEI abundans; E contra-

Argt. 5.)  
ex  
Matth. XI,  
21. -- 24.

xio præscivit juxta Præscientiam medium Tyriis ac  
 Sydoniis prohcum fuisse futuram abundantiorem  
 Gratiam. Quid itaque causæ externæ subesse po-  
 terat, quod a Tyriis convertendis Gratiam abun-  
 dantiorum declinaret, ad Chorazæos Bethsaitasque  
 non convertendos eandem applicans? Inquis, id non  
 potuisse ideo aliter evenire, quia Messiæ destinata  
 Periodus citius appropinquare non poterat, quam  
 Oeconomia Divinæ id esset conveniens. conf. Ga-  
 lat. IV, 4. adeoque absente Evangelii termino, non  
 poterant, per has connexiones Oeconomia Divinæ  
 ac temporum diversitates, quæ in ordine hoc semet  
 non poterant non sequi, Evangelii adjuncta ad Tyrios  
 pervenire, ut adeò causa hæc sit Oeconomia Divina,  
 quæ sibimet anteverti non poterat. At eadē ur-  
 geor difficultate, causa enim detur, cur DEUS Ty-  
 rios ac Sydonios illos non distulerit ad hæc Messiæ  
 tempora, ac Tyrorum Sydoniorumque potius tem-  
 poribus destinaverit hanc Chorazæorum ac Bethsai-  
 tarum generationem? Inquis, ita nulli facta fuisset  
 Gratia DEI extraordinaria, nec enim DEUS Gentil-  
 ies miraculis dignatus est, non missus nisi ad oves  
 deperditas de Domo Israël. (Matth. XV. 24.) At fa-  
 ma ad illos miraculorum pervenire poterat, & quod  
 præcipuum, eadem quæ supra reddit difficultas, cur  
 scil. Messias nec Ethnicos fuerit dignatus, qui vide-  
 rent ejus miracula, præcipue per ea convertendos?  
 Certe difficultas difficultatem trudit, manetque my-  
 steriosum DEI consilium hæc in parte quam devo-  
 tissime venerandum. Ex parte quidem superat has  
 difficultates Hackspan. in Not. Philol. Theol. ad b. l. quan-  
 do, queritur, inquit, occasione hujus dicti: *An fidès sit*  
*causa Electionis?* Dicis: *In quibus DEUS prævidit fidem,*  
 illos

illos elegit; In Tyriis DEUS prævidit fidem. E. Conclusio est absurdia. Non Minor, Ergo Major. Resp. Major debet limitari: In quibus Deus prævidit fidem finalē, eos etiam elegit. Sic negatur Minor. Video tamen eādem, quā Ego & Clar. Hackspan. & alios Nostratium difficultate pre-mi, dum Dominio DEI absoluto aliquid hic tribuen-dum esse, tandem concludunt. Ita enim pergit Hackspan. l.c. Excipit. At mansissent etiam in fide, si DEUS ipsis concessisset, quæ alii obtulit, Resp. DEUS facit, quæ cunque vult. Non tenetur Hominibus extraordinaria mit-tere media. Concedit itaque Philologus ac Theolo-gus Celeberr. Aliquis Hominibus offerri media extraordinaria. Quod idem concedit Waltherus in Harmon. Bibl. ad h. l. it. Cap. Heunisch. in Dispt. Philosoph. Theolog. Loc. II. Qu. 2. pag. m. 78. & pag. 285. Quo-facit, quod habet Heilbrunnerus in Dispt. Inaug. de Tra-etu Patris sub Präsid. D. Joh. Schmidii habitā, quando pag. 13. inquit: Damus faciles, circa Pauli conver-sio-nem accidisse extraordinariorum quid &c. adscribendum NB liberrimæ Dei Voluntati &c. &c. conf. Joh. Conrad. Durrium Prof. olim Altdorff. de Ethnic. inexcusab. §. LIX. Ä-gid. Hunnum in Artic. de Praedestinat. Scriptorem qui Ambrosio additus est Libr. de Vocatione Gentium L. II. c. III. it. cap. V. ejusd. Libr. it. cap. VI. Gust. Philipp. Mörl. l. c. Dispt. II. p. 88.

§. 8. Ultimo loco illud quidem recordor, argu-menta à Parabolis desumpta nihil stabilire; dum ve-ro rem probabilem magis illustrant, nec ho-rum Symphonia adeo temerè hic videtur negligen-da, præcipuè, cum clarissimum sit, quod Parabola instar à Servatore proponitur, de Operariis diverso tempore vocatis. Matth. XX. 1, sqq. Quid enim? Erant, quibus matutinum tempus plura ac majora

Argt. 6.)

Parabolis

Matth. xxv.

14. &amp; c. xx,

peragenda offerebat, ferundo sc. Diej totius incommodo damnatis; Erant, quos sera Dies poscebat, minori leviorique oneri natos, cum utrisque unica contingeret merces, quorum tamen quid quæſo priores patraran, quod idem præmium cum posterioribus adepturi, majora sustinerent? Cur non vel his aliquid de Die demebatur? vel posterioribus addebat? Accedit Expositio Theologorum, quâ vocationem priorum de prærogativâ ratione conditio-  
 nis Vitæ, vel donorum præ ceteris naturalium, (qua-  
 rum certè diversitas principium deinceps evadit Inclinationum ac motuum Voluntatis) vel de Sup-  
 peditatione occasionum proficiendi, Verbo, de om-  
 nium bonorum largiori Collatione exponunt. Po-  
 steriorum vero de defeitu horum omnium, aut fal-  
 tem minori eorum gradu. vid. Walther. in Harm.  
 Bibl. ad h. I. it. Spenerus in der Evangelischen Glau-  
 bens-Lehre. Dom. Septuag. p. 221. Sive itaque cum  
 his de donorum diversitate, sive cum aliis de Voca-  
 tione Gentium ac Judœorum parabolam explices,  
 utroque habebis, quod fluctuationem mentis hic pro-  
 movere potest. Si enim posterius, ad easdem dif-  
 ficultates revolveris, quæ supra de Vocatione Israë-  
 lis proposui; Si prius, quid clarius esse potest Inæqua-  
 litate illius Voluntatis, quæ absque respectu circum-  
 stantiarum sua cuivis pro libitu largitur? Idem si-  
 bi volente Discursu Epanorthotico, quem IESUS  
 proponit Matth. XXV, 14. lqq. ubi Servorum alteri  
 quinque, alteri duo, tertio vero unicum saltem ta-  
 lentum concredidisse dicitur. Hactenus vero addu-  
 citis mediis terminis usus Excell. D. Præses in P. II. Dis-  
 quis. de Consens. & Diffens. Evang. fund. Sect. II. §. 25.  
 anlam suppeditavit easdem rimandi ulterius. Ex qui-  
 bus

bus vero' omnibus, quemadmodum inferri nolim,  
vel Voluntatem DEI antecedentem efficacem non  
esse, quod ipsum sanè adeo mecum propugnant &  
*Summe Reverend. Dn. Praes ac Dn. D. Holtzhus in Do-*  
*Etisimo de Prædestination. Tr.* ut hinc etiam sincerè con-  
fiteantur, converti quām-plurimos per meram et-  
iam Gratiam Universalem; vel DEUM nolle omnium  
Salutem, quod ex hâc aut simili quādam meditatio-  
ne intulisse videtur *Dominus de Vallon, Minister Ecclesiae*  
*in Holland. in Libro, cui tit. Apologie pour les Reformez au*  
*Sujet de la Prædestination, apud s̄epius citatum Mörl.*  
l. c. pag III. ita quālo quis vitio mihi verteret, si ob-  
tot tantaque argumenta, quā inter meditationes  
theologico-rationales hinc inde haētenuis subna-  
sciebantur, Conscientia meæ non quidem apodei-  
xin quandam, sed saltem dubium, aut si majus quid  
desideret, probalitatem, concedam?

§. 8. Præsertim cum nihil quod dissertis hacte-  
nus obesse possit videam, nisi illud fortè quod pro suâ  
in meditando Dexteritate sibi objicit maxime Re-  
ver. *Dominus Praes l. c. §. 27. p. 758. sq. Rationem scil.*  
*hujus Inequalitatis aut queri posse extra Hominem, aut*  
*in Homine. Non extra, nam in Creaturis si datur, iterum*  
*dependet à Concursu DEI, adeoque ab inæquali ejus Gratia.*  
*Ergo datur in Hominis Libero arbitrio, prout enim*  
*præviderit D E U S illud iri usurpatum, ita destina*  
*vit Gratia Gradus. Ubi simul solidissimè & dubium*  
hoc fuit discussum ex Liberi arbitrii naturâ.  
Cui quām maxime suffragium addit, quod hoc pacto re-  
fractariis ac planè non convertendis, vel nihil Gra-  
tiæ contingere debeat, quod est contra Ef. LXVI, 1.  
sq. vel summus gratiæ gradus, cui obstat praxis  
Christi, quā Discipulis suis plus Gratia exhibebat

glorificatus coram illis in monte, Matth. XVII. aliaque ipsis Gloriæ suæ argumenta ostendens, quæ incredulis ac refractariis Judæis plane ignota esse cupiebat; Quâ post Resurrectionem se exhibebat vivum non nisi Discipulis suis, hunc gratiæ gradum Judæis subtrahens. Et quod maximum, cum forte, indeo Hierosolymis & in totâ Judæâ tantum Gratiaæ Gradum Deum per miracula Judæis exhibuisse, dixeris, quia non nisi Judæi erant in summo gradu pertinaces, omnium maximè abusi Libero suo arbitrio; querere liceat, cur & illis simul contigerit abundantisimus hic Gratiaæ Divinæ prævenientis gradus, qui sequaciores ac molliores licet, Populo Judaico erant intermixti? An & hi abutebantur Libero arbitrio, v.g. Centuriæ, Matth. VIII. Mulier Cananæa, c. XV, 22. seqq. & alii? minime quidem.

## Object. II.

S. 9. Eiusdem ferè farinæ est, quod secundo loco objici posset. Gratiam Dei sufficientem relationem inferre ad Constitutiones Hominum, quibus sufficere debeat, quæ dum diversæ sunt, aliis repugnantibus magis, aliis minus, diversam quoque ipsam Gratiam esse debere sufficientem, quatenus sufficientem, neque enim ille gradus huic satisfacit, qui alterum convertere potest. Adeoque hanc, quæ videtur inæqualis Gratia, non esse inæqualem, sed pro conditione objectorum æqualissimam quandam sufficientiam. Cujus argumenti Universalitati facile eadē Praxeos Divinæ diversitas satisfacere potest. Clarissimum Camerarii Exemplum est Act. VIII. 28. sqq. cui etsi pronior divinitatis agnata esset verbo Divino assentiendi Voluntas, adeo ut minimus ipsi gradus præparantis Gratiaæ sufficeret, facilius quoque inquisituro in veram Dei cognitionem eruditique se curaturo, tamen

tamen extraordinaria plane ac longè sufficientiam  
excedente Gratia Numen ipsum dignatur advehens  
in Spiritu Apostolum Philippum, qui argumento ipsi  
esse debebat omniscientia Divinae, ac Providentia ipsi-  
us in se supra modum benignæ, quo ipso extraordinariæ  
mens ipsius non poterat non faciliter Amore Dei  
imbui. An vero ita Nationes non in plurimis tantum  
sed in omnibus suis individuis differant, ut Judæi  
omnium maximè indispositi ad Conversionem; His mi-  
nus Ethnici Victores Judæorum eodem Cœlo fruen-  
entes; His minùs procul disfisti fuerint? Imò vero  
quanta & temperamentorum & dispositionum natu-  
ralium in una quadam non dicam Regione, non Ci-  
vitate, sed domo sit diversitas *av9adns* esset, qui ex-  
perientia edoceri nollet? Et loqvuntur idem ipsa fle-  
xibiliorum & Naturâ leniori pronatorum Exempla  
quantâ sapissime præ ceteris Gratia præveniente  
DEI fruantur, cui demum illum placere autumo,  
qui hâc in materia eo usque rimatur, donec inveniat  
DEUM non minus Patrem esse, Gratiam suam omni-  
bus & temperamentis & Dispositionibus sufficienter  
concedentem, quam Dominum, in suas Creaturas li-  
berrimè agentem. vid. omnino Rich. *Baxter in Me-*  
*thod. Theolog. Christ. P. I. c. 12. p. 254.*

## CONSECT. III.

§. I.

**Q**uod vero ad ceteros attinet Gratia Divinitæ Divinæ  
Gradus, ostendi jam supra, quemvis immedi-gradus juxta  
utramq; Vo-  
ate præcedentem Gradum præsupponere, a-luntatem  
deo ut v. g. Deus neminem perficiat, nisi quem ha- sunt æqua-  
tenuis adjuverit, neminem adjuvet, nisi cui fidem Ies. & Confe-  
fuerit operatus ac bonam per fidem indolem, nemini antecedentē  
lariatur fidem, nisi quem illuminaverit ha-tenuis per-in sensu po-  
teriori.  
verbum

verbum eo modo, qui obtinet in Gratiâ præparante, neminem tandem ita illuminet, nisi qui illuminari cupiat, affectu ex Gratiâ præveniente nato. Hæc est illa ~~בְּרִית~~ h.e. Gratiarum Divinarum catena, cuius articuli ita sunt colligati ut non inferior ex superiori, superior tamen ex inferiori dependeat.

§. 2. Esse vero horum graduum quemvis ratione utriusque Voluntatis DEI & Consequentis & antecedentis posteriori sensu sumpta æqualem, facile ex supra insinuatâ connexione inferri posset, si modò aliqua Scripturæ evidentia probabilitati succurreret; Hinc tria in hac materiâ momenta maxime veniunt excutienda, (1) *An DEUS semper respectum habeat præcedentis gradus?* (2.) *An magis & minus in eo respiciat?* (3) *Si hoc, an id fiat juxta utramque Voluntatem?*

§. 3. Quorum primum quomodo Scriptura determinet, follicitis, occurrit initio illud primo intuitu ~~ωραίον~~ Salvatoris: εάν Ιησούς θέλητε σέληνα αὐτὸν ποιεῖν, γνώσεται αὐτὸν διδαχής, πόπερν ἐν τῷ Θεῷ ἐστιν, οὐέγω αὐτὸν εἰμαντὸν λαλῶ. Joh. VII, 17. Quod dictum idēo difficultatem spirat, quia ordini facultatum mentis nostræ haut satis videtur respondere, namque ut Intellectus cognitio quando absolute præcedit, semper ratio de veritate sibi gratulatur, quemadmodum eventuri mendacii ac nascendi ex affectu voluntatis præjudicij argumentum, si, quod ab Intellectu fieri debebat, Judicium, incipit à Voluntate. Hinc nemo effati verè theologici Sensum asequetur, nisi qui (quod tantoperè Theologi urgere solent) experimentaliter cognoscat, quid sit Gratia Dei præveniens. Certè enim ψυχικῶς ἀνθρώπῳ adeò illud impossibile videtur, posse Animam nostram præcipue ante Statum fidei Voluntatem Patris facere, ut cientes

tiens sibi malle videatur, DEUM ne quidem existeret, quam ut tam mature velit facere ejus Voluntatem. At, si experientia cognosceret, quo pacto tam mirifice per Gratiam prævenientem & Rationem in sui Amorem Numen trahat, inflammetque per aliquam revelationis ejusdem famam, facile quoque fidem sibimet faceret, mirifice hoc ipso mentem nostram ferri in DEUM, ut nil magis desideret, quam ut eo posset pervenire, ut faciat ejusdem Voluntatem. Hoc itaque, inquit Servator O. M. si sentitis per Gratiam DEI prævenientem elaboratum Desiderium, tunc insequetur vos & alter Gratia Divina Gradus præparans scil. quem in Illuminatione consistere supra innui. Hinc addit, tunc cognoscetis tanquam ad desiderium vestrum illuminandi, an hæc doctrina sit ex DEO. *Illuminationem presupponit Gratia operans*, juxta illud Pauli : πως πιστεύσων, ἐγενήσαται. Rom. X, 14. Quo ipso plane rationabiliter Apostolus procedere videtur, assensum Voluntatis suspendens à perceptione Intellectus. Nec est, quod autumes quia directè est locutus, tantum hanc procedendi methodum attinere Judæos, q. d. Quomodo autem credere poterit hic Populus, tanquam præjudicio de Messia jam occupatus, nisi planè antea erudiatur ? Est enim Idiotismus, quo verba personaliter posita impersonaliter explicamus. h. f. Quomodo autem credamus ? Germ. Wie soll man glauben ? Sed quemadmodum hoc dictum fidem vult presupponere Illuminationem per Verbum ; ita *nisi simus in statu fidei, non posse DEUM nobiscum cooperari insinuat*, illud itidem Christi, πιστεύων εἰς ἐμὲ καθὼς εἴπει οὐ γέραψη, πολαυοί εἰς τὴς μοικας αὐτῷ πεντετοντι ὑδάτος ξάνθος. Joh. VII, 38. Certè quemadmodum fidelissimus Salvator mi-

K.

hil

hil occasionis præterfluere patiebatur, quin quæ ad  
 Ἰντελεῖσθαι Populi Judaici pertinebant ipsis propone-  
 ret; Ita Die ultimo festi tabernaculorum, quem גַּם  
 נִצְבֵּע Diem Cohibitionis, יְהוָה הַגָּדוֹל Diem magnum  
 æque ac primum vocabant, morisque erat hoc Die  
 aquam ex Siloah haurire,) morem respiciens JESUS  
 explicat ipsis Aquam spiritualem, h. e. semet ipsum.  
 Joh. IV. sed fide tantum in Gratia operante reci-  
 piendum, non quidem juxta vaticinium Prophetæ  
 alicujus, neque enim hoc inferre videtur, quod di-  
 citur: καθὼς εἴπει οὐ γραφή, sed quò argumentum de  
 necessitate in eum credendi sit efficacius, γραφὴ es-  
 se videtur collectivum, sumique pro tota Scriptura  
 S. sicut Syrus habet: אִיכְנָה דָּמְרוֹ כְּתָבָה Quemad-  
 modum dicunt Scripturæ omnes id unice urgendo, quod  
 cooperari DEUS & inhabitare non posit nisi illum  
 qui credit in JESUM CHRISTUM, quod à JESU no-  
 stro monitum quoad singula verba evadit efficacis-  
 simum, si cum Clariss. de Dieu Τὸ εἴπει exponamus ad  
 modum Hebraici אָמֶר quod jubere significare ali-  
 quando, quis est, qui nesciat? Postquam itaque ob-  
 servavimus respectu ipsius Collationis horum gra-  
 duum esse Äqualitatem, videndum porro ratione  
 modi conferendi, An DEUS semper largius habenti præ-  
 cedentem gradum, largius & consequentem conferat, & vice  
 versa? Certè nec temere vel fato quodam, vel ex  
 absoluto DEI beneplacito contingere videtur, quod  
 aliis robustior est fide alius imbecillior, quod aliis  
 operosior in pietatis cursu, alius paullò otiosior.  
 Illis enim, qui minus attendunt Gratia DEI illumi-  
 nanti, inexercitatos Sensus, ascribit Apostolus, cum  
 ē contrario τοῖς Ἰελεῖσθαι sint exercitatissimi sensus, hinc  
 magis magisque à DEO adhuc illuminandi, quia ~~ερεβαν~~  
 Τροφὴν

ηροφίν ipfis DEUS proponit Ebr. V, 13. Hanc tertio  
 Äqualitatem h. e. Gratiæ mensuram Subiecti qualita-  
 ti semper proportionataim & Antecedentem velle & Con-  
 sequentem in DÉO Voluntatem, illud Salvatoris probabi-  
 liter infert: Ιω̄ γάρ ἔχοντι παῖς δοθήσεται καὶ περισσευθήσε-  
 ται. Matth. XXV, 29. ubi presupponendum 1) Ιω̄ ἔχει  
 Sensum deberi, quem ipsi tribuit Philo: μὴ μόνον στιχῷ  
 καὶ ἀπὸ βδήλουσα ἀγαθέα Φυλακτεῖν, αὐλαὶ τοῦ πλείονος ἐπι-  
 μελέας αἰχιζούνται, ὥστε ὁ παραπλέκουσας μηδὲν ἔχει ἡ τῆς Φυλακῆς αἴ-  
 λαθαγ. h. e. non solum innocentium ac incorruptum servare,  
 quæ quis acceperit, sed cura dignari, ut mutuans non ha-  
 beat, quod custodiā accūset. Ita habenti δοθήσεται,  
 tempus enim futurum significat nihil aliud, quam  
 Executionem rei alicujus futuram. Hinc, inquies,  
 Äqualitas pertinet saltem ad Voluntatem Conse-  
 quentem, non simul Antecedentem. At præsuppo-  
 nendum 2) ex philologia s. modo Scriptoribus N. T.  
 loquendi familiarissimo Futurum aliquando Signi-  
 ficationem habere Imperativi, quod in omnibus  
 Præceptis negativis fieri, obseruat R. Elias Levita  
 in Libr. Habbachur, ut: רְאֵת תִּנְאָה חֲנֹנָכָךְ &c.  
 quo pacto simul voluntatem DEI anteceden-  
 tem exprimit Quibus vero recte hactenus  
 meditatis Inevidentiam afferunt exempla quæ-  
 dam extraordinaria Pauli, Mulieris Cananeæ,  
 aliorumque, quibus Libertas Dominii Divini acce-  
 dit, quæ temere restringenda non est, nisi manife-  
 stissimâ vel analogiæ fidei vel Scripturæ Evidentiâ  
 restringatur.

§. 4. Prolixioribus de Gratiæ Divinæ Äqualita-  
 te ac Inäqualitate agere Spatiis & Chartæ  
 Disputationi non Tractatui destinata & temporis ei-

dem saltem dicatae inhibebo, postquam de Inæqualitate prioris Gratiaæ gradus fusiis aliquo modo egi, quia illud momentum aliquod erat, in quo dubitatione licet levioris momenti, mens hactenus fluctuavit. Levioris inquam momenti, quia non dubitatem de Sufficientia Gratiaæ DEI omnibus Hominibus collatâ à DEO, adeo, ut nisi repugnarent, eadem ad ulteriores Gratiaæ Divinæ Gradus possent penetrare; sed saltem, de Sufficientia hujus juxta Voluntatem antecedentem Gradu Modoque, concedens non tantum extraordinariam hujus Voluntatis Gratiam, sed præter eandem ad ordinariam inæqualem probabiliter se determinans. Tandem vero non possum non Coronidis vice illud allegare Rabbinorum, quod Gratiaæ Divinæ gratiarum actiones debet sollicite inculcat: **כל חוטפות ואינו כברך נקרא**

**Quicunque gustat Gratiam DEI, & non agit gratias vocatur Raptor.**



#### ΕΠΙΜΕΤΡΟΣ

**L**oco ὡρισμοῦτως proponi posse puto Quæstionem Problematicam, Annæ & Diversitas Dispositionum ac Temperamentorum naturalium Inæqualitati Gratiaæ prævenientis argumento esse possit? Ad cognoscendam autem Quæstionis bonitatem, præsuppono  
1) Diversa dari in Hominibus temperamenta. Sicut

Sicut enim Sangvinis massa non eadem semper manet, sed decrevit, nunc Evaporatione per poros, nunc filtratione ac degeneratione in subtilissimas partes, nunc accretione ad materiam solidiorem, nunc absumptione per Cogitationes &c. ita cibi quotidie ingesti & in chylum soluti, in venis, ut volunt, axillaribus cum Sangvine mixti proficuā metamorphosi induendi ; Aér itidem ex Atmosphēra instillatus, ut alia, prout diverso tempore diversa sunt, maximam Dispositionibus varietatem ingenerant. Quam Temperamentis, ut eadem ; ita præcipue Viscerum, arteriarum, Ductuum, aliarumque internarum partium Dispositio varia inducit. vid. *Malebranch. L. de inq. Verit. L. II. c. 2.* sqq. Confirmant hoc Observationes Philosophorum, quibus mirandum Mixtriarum temperamentorum numerum annotant. vid. *Thomaf. Sitten - Lehre. cap. XII.*


2) Hæc Temperamenta ad diversos actus Hominem propellere. Alia enim, quibus Melancholia pars major admixta intelle<sup>t</sup>ualia amant. Hinc adeunt templa, ubi intelle<sup>t</sup>ualia tractantur, attendunt, ruminant &c. Alia, quæ de Sangvineo fere tota participant, vel rariū Templum adeunt, vel si adeant, per Temperamentum non attendunt. &c.

3) Actus pædagogicos ita à Theologis dici, quia jam à Gratia præveniente elevantur, ut ad ulteriorem Gratiam illi Homini possint initia esse.

Hinc Unum temperamentum præ alio magnam habere prærogativam videtur, ratione illorum actuum, qui simul ac excentur majorem ac proximiorem Conversioni Gratia præveniētis gradū evitare nō possunt.

Usque huc Quæstionis fundamentum constitui ; Hæc vero ad Gratiam relaturo, inquirendum,

dum, Undenam hæc unius Hominis præ alio in Aetibus pædagogicis prærogativa? Si à Gratiâ, (Dices enim illos motus mentis jam esse à Gratia) Quo jure Philosophus de temperamentis tractabit, cum referantur ad Gratiam? Si à Naturâ, Unde Hominum æque mortuorum unus altero meliorem præstabit DEO prævenienti occasionem? Unde Natura determinet Gratiam inæqualiter? Unde liberabitur Homo à gloriatione, dicet enim: Ego suppeditavi DEO occasiones Conversionis meæ?



**CLARIS-**

K 3

*CLARISSIMO nec non DOCTISSIMO*  
**DN. M. JOH. WILHELMO de NEVE,**  
Auctori, Respondenti, Amico nostro, ob Pietatem,  
Eruditionem & Industriam, dilectissimo  
*S. P. D.*

**J. C. SCHOEPPIU<sup>S</sup>, Inspector.**

**DAN. KÜHTZE, Archi-Diaconus.**

**CARL EZARD BÖDICKER, Diaconus.**

Writenses.

**D**Isertationem Tuam de GRATIÆ  
ÆQVALITATE & INÆQVALITATE,  
eruditissimè elaboratam, haud sine  
magna animi delectione, oculis nostris  
oblatam esse, ipse, CLARISSIME DOMINE,  
& amicitiæ Tecum & cum Parente TuO,  
Viro Consultissimo, jam dudum junctæ,  
recordans, nobis non monentibus, jactu-  
râ facilè assequeris ; Sed cum majori,  
quàm forsan opinaris, voluptate, illam,  
Præside Magno, Vestro D. STRIMESIO, pro  
Licentia, supremū in Theologia gradum  
consequendi, publico Eruditorum Exa-  
mini Te subjecturum esse, percepimus.

L

Equi-

Equidem illo jam Tempore, quo Pansophus Disputationes Philosophicas & Philologicas elegantissimas, publicè defendendo, orbi literato graviter Te commendabas, ex laude, eruditioni Tuæ insigni impertita, nobis aliquid decerpentes, pergaudebamus : At verò nunc nobis & universæ Urbi nostræ maximè gratulamur, quod Te, ex illa ortum, illustrem non solum Philosophum, sed Theologum etiam, virtute ac eruditione Patriam suam illustrantem, agnoscimus, egregiisque ex merito præmiis affectum videmus. Gratulamur tamen speciatim & splendifissimæ Tuæ Familiæ, de Te, eximio ejus Ornamento, & Tibi ipsi, de felicissimo in studiis solidioris eruditionis progressu, & de Disputatione, quam ad amplissimum dignitatis gradum Te promotoram & ad privilegia Doctoralia, digna Tuâ eruditione, viam Tibi futuram esse,  
con-

confidimus. Præsens quidem ut Franco-  
furti è Collegio nostro aliquis, pulcher-  
rimam honorum viam ingresso Tibi, pro-  
spera quævis apprebetur, amicitia inter  
nos quæ intercedit, jubet, & lætitia è  
Promotione Tua percepta svadet ; sed  
magnus meditationum, proximô Festô  
Auditoribus nostris inculcandarum, nu-  
merus impedit. Absentes igitur Deum  
Opt. Max. ut Te, Studia, Tua, honorem-  
que Tibi tributum, fortunet, Gratiam ve-  
rò re ipsâ universalem & nulli hominum  
denegatam, sicut hucusq; fecit, Tibi præ-  
cipuè concedat, & majora quotidie, ex  
indefessis studiis haustæ Tuæ eruditio-  
ni maximæ quàm plurima præmia lar-  
giatur, ex intimis seriò oramus. d. II.  
Maj. 1708. Wrizæ ad Oderam.

הפוחז והב במשכיות כסף רבך ובבור על אפנוי כה אמר  
מלך שלמרץ איז הפוחז והב לחת לאחובי ואדרון לא  
משכניתנו בגין ערדן לא נאכל הפוחז והב בעז החווים  
לא משכניתינו בארץ חלב ולבש איז הפוחז והב להרצת  
איש המעלות שמעו אנשי היישבה החקמיה נתני תחת הפוחז  
והב במשכיות כסף דברי טובות הפוחז והב ודברי טוב  
ושמח לך אורט אמר מלך שלמה אמרת אהוביך ואדרון  
בחבל אלחט פשחתני מה אדריך קראתני מעשה המעלות  
כתיב מירוך לבונת הספר. חספה על גילה ורנן כי רורף  
אהה המישכלות אתנה רתלה לאחני ושכח בשחת החכמוני.  
ארוני עשה את השמייה והארץ יתנו לך שלום ומיל טוב  
הרוכך על במותך עב הוא ירוםך לרשות ארץ ההצלחות  
ופרות וריבות הארץ אמן :


*Hec in Honorem Praecellentissimi Dn. Candi-  
dati ὁλοψύχως addeb.*

M. CHRISTIANUS MÜLLERUS,  
Ecclesiastes Francofurtanus.

\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:

**Q**Uæ TIBI decernit Sanctus, de NEVE, Senatus  
Præmia jure capis. Sint ea fausta precor!

*P AuCa VVlt adjicere Amicus constan-  
tissimus, loco Oppositionis.*







Jg 3747

ULB Halle  
006 385 15X

3



vD 18

K. Zigan  
Buchbinderei





II  
 DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS  
 DE  
**ÆQUALITATE ET IN-  
ÆQUALITATE GRA-  
TIÆ DIVINÆ,**  
 Quam  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
*AUGUSTO ET SERENISSIMO PRÍNCIPE AC DOMINO.*  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
 REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRANDENBURGICI  
 HEREDE, &c. &c.  
 AUTORITATE ET SUFFRAGIO VENERANDÆ  
 FACULTATIS THEOLOGICÆ  
*IN CELEBERRIMA ALMA VIADRINA,*  
 PRÆSIDE  
**DNO. SAMUELE STRIMESIO,**  
 DOCTORE THEOLOGO, ET FACULTATIS SUÆ  
 PRO-DECANO SPECTABILI,  
*Domino Patrono ac Promotore suo atatem Colendo.*  
 PRO LICENTIA  
 SUMMOS IN SS. THEOL. IMPETRANDI HONORES  
 Publicæ Θεολογίαν ἐξετάσει submittit  
**M. JOH. WILH. DE NEVE,**  
 Wrizenf. March.  
*ad d. XVIII. Maii MDCCVIII. horis ante - & pomeridianis*  
*IN AUDITORIO MAJORI.*  
 FRANCOFURTI AD VIADRUM, Littris CHRISTOPH. ZEITLERI.

*11. a. 187.*